

Johann Quistorp


## **Epistola Ad Sacros Antistites Ecclesiarum Ducatus Mecklenburgici, D. Joh. Quistorpii**

Rostochi[i]: Richelius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730475573>

Druck Freier  Zugang





40  
bb394



40

MK-6639<sup>a</sup>  
~~MK-1925<sup>a</sup>~~



Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock







112 1

DOMINUS  
ASSERSSO  
DIN SUPER  
SUBRIBUS  
COM  
SIGILLIS

EPISTOLA  
AD  
SACROS  
ANTISTITES  
ECCLESIARUM  
DUCATUS MECKLEN-  
BURGICI,  
D. JOH. QUISTORPII.



ROSTOCKI.

Prostat apud JOHANNEM RUCHELIUM

Anno c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LIX.





*Adm. Reverendis, Amplissimis &  
Excellentissimis*


**DOMINIS  
ASSESSORIBUS CONSISTORII  
DUCALIS,  
Cunctis**

**DNN. SUPERINTENDENTIBUS,  
ut &**

**Serenissimorum Principum,  
CONCIONATORIBUS AULICIS.  
Ecclesiarum Ducatus Mecklenburgici  
Antecessoribus Gravissimis,**

*Venerandis in Dno. Commilitonibus, & respect.  
Collegis honoratissimis,*

Sal: in Christo.

 **D**octrina Lutheranorum, sic dicto-  
rum, est verbo Dei quam maxime consensua-  
nea & caelestis; at vita plurimorum eheu!  
Diabolica est. Idq; non culpâ religionis, quae  
vitam piam ex puro â fide manantem serio sua-  
det, sed culpa potissimum Prælatorum fit, qui  
per disciplinam Ecclesiasticam haud coercere  
dissolutè viventes, Sanè peccante populo Israëlitico, Moses Sacer-  
dotem



dotem summum Aaronem reprehendit: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? Exod. 32. Populus peccat, Prælatus autem arguitur, & culpa in eum conficitur. Un Horologio in verso, non illi nec rotis ejus, sed directori culpa adscribitur; tali modo vitia populi culpa sunt Prælatorum. Cum hæc secum revolvunt fidi Episcopi, curam animarum majori vigilantia habebunt, peccata domini deformantia abolebunt, & Ecclesie ædificationem majori studio querent. Circa reformationis initium, ubi nondum ab omni Papali fermento Provincia hæc mundata erat, seculo præcedente, Ordinarium Mecklenburgicum, jussu Illustrissimorum Principum, Theologia & Superintendentes adornarunt, ac multa egregia & pia præcepta tam Clericis quàm Laicis, circa sacrum cultum, præscripserunt. Ab illo verò Tempore semper homines in pejus rueri ceperunt, & nova incommoda pl. irrepserunt, quæ limam & censuram Ecclesiasticam requirunt. Si nostri B. Antecessores, cum vix pedem ex tenebris Papalibus exculerant, tempora emendare potuerunt, quid nobis non erit concessum, qui Consistorium Ecclesiasticum, Episcopali Jure dotatum, & Superintendentes egregios habemus. Evolvite laudatissimam Ducalem constitutionem Gustrovij uli. Jan. Anno 1571. conceptam: Wie es hinführo mit den Superintendenten auch Kirchen Persohnen vnd Gütern / vnd etlicher dabey befunderer Mängel halben in J. J. S. S. Gn. Gn. Landen gehalten werden soll. *Visitate Sabbatha, templa, domos Mecklenburgicorum, examine docentium ac discipulorum vitam, & deprehendatis ubi vis & à multis non amplius ad has publicatas constitutiones attendit. Attendite ad querelas piorum Concionatorum, qui multa observarunt serpentina mala.*

Urgete cum Aggeo & Zacharia structuram templi Domini, cum Judâ Machabæo profanatum sacrarium mundate, & dabit vobis vicissim Deus stellam matutinam. Præ reliquis Erasmus Sarcerius



4  
rius Superintend. Eccles. Comitatus Mansfeldensis, in amplo tractatu,  
Anno 1555, ostendit, Ecclesiasticam disciplinam facile, adornari posse, &  
ad eam instaurandam Magistratum, Ecclesie ministros, & Subditos esse  
obligatos: ac prudenter docet, qualis illa disciplina esse possit ac debe-  
at. Ego autem servus J. Christi hic succindum Catalogum vobis, ut  
aquis rerum Ecclesiasticarum Censoribus, exhibeo, ut singula proba-  
re & quae bona sunt retinere possitis. Humillimè orabitis Serenissi-  
mos Principes nostros, ut Synodum Provinciale[m] adornent, ubi haec  
& aliorum piorum Pia Desideria examinari possent, utrum & quâ  
cum prudentiâ ad Ecclesie adificationem publ. introduci queant.

Valete Viri Dei, Angeli Ecclesie Mecklenburgicae, vigilate  
quia Dominus propè est, meq[ue] Vestro nomini devotissimum redamo-  
te. Deo & omnibus bonis vivamus.

Rostockij 1. Mart. Anno 1659.

V. in Dnò.

Frat.

Joh. Qvistorpius, D.  
Juroz. Prof. & P.

Pia



DECANUS,  
SENIOR, DOCTORES & PROFESSORES  
COLLEGII THEOLOGICI,  
Universitatis Studiorum Rostochiensis.

Lectori Christiano, Salutem à Domino.

**V**arias persecuciones, varios labores perpeffus ó ἐπενοδιδαντες Paulus, quos enumerat 2. Cor. II. v. 23. & seqq. non tamen ex animo dimisit sponsam JESU CHRISTI, sed magnâ sollicitudine pro ejus incrementis & ornamentis laboravit. Hinc v. 28. inquit: *Χωρίς τῆ παρεκτός, ἢ ἰπνοσύνης με ἢ καθ' ἡμέραν, ἢ μέεμνα πιασῶν τῆ ἐκκλησιῶν.* *Vulgata ita habet: Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea, sollicitudo omnium Ecclesiarum.* *Oslander ita correxit: Præter illa, quæ extrinsecus sunt, incumbens mihi quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum.* *Syrum Paraphasten ita exhibet Imman. Tremellius: Præter reliqua plurima & congregationem, & quæ est quotidiana contra me, & curam meam, quæ est pro omnibus Ecclesiis.* *Franc: Junius ita habet: Præter reliqua omnia collectio, id est, agmen instans apud me quotidianum vel perpetuum & cura mea, quæ est pro omnibus Ecclesiis.* *B. Lutherus sic exprimit: Ohne was sich sonst zuträgt/nemlich/das ich täglich werde angelauffen/ und trage sorge für alle Gemeinen.* *Joh. Piscator ita reformat: Und ohne das jenige/was sich sonst von aussen zuträgt/ ist noch dieses/das ich täglich werde angelauffen/ und Sorge trage für alle Gemeinen.* *Quicquid sit de harum translationum varietate, quam nunc non examinabimus, Rob. Bellarm: lib. 1. de Rom: Pontifice cap. 16. § Jam verò, malè ex hoc loco infert: posse unum hominem sustinere regimen universalis per orbem terrarum Ecclesiæ. Non enim idem est, habere sollicitudinem omnium Ecclesiarum,*



& regere omnes Ecclesias. Cyprianus illam sollicitudinem ad omnes Episcopos extendit. Sic enim habet Epist. 69. Etsi Pastores multi sumus, unum tamen gregem pascimus, & oves universas, quas Christus passione & sanguine suo quaesivit, colligere & fovere debemus. Et Gregorius Magnus lib. 4. Epist. 32 de Petro ait: Cura ei totius Ecclesiae & Principatus committitur, & tamen universalis Apostolus non vocatur. Μείμνα πᾶσῶν τῶν ἐκκλησιῶν non necessario connexa est, cum potestate gubernandi totam Ecclesiam. Cyrillus Alexandrinus ad Clerum & populum Constantinopolitanum in Actis Synodi Ephesinae ita scribit: ὅς τε μὲν καὶ μόλις ἤλθομεν, ἐφ' ὅπερ καὶ ἀμεινον ἐν δεξιῇ εἰσθῆν, τὸ φροντίζα ἱεράς Φάμεν, τὸ ἀπάντων ὑμῶν σωτηρίας. Serò & vix tandem eò venimus, quò ab initio veniendum erat, ut curam haberemus vestrae omnium salutis. Atqui verò Clerus & populus Constantinopolitanus ad jurisdictionem Cyrilli Alexandrini nequaquam pertinebat. Ita etiam Caelestinus Romanus Episcopus ad Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Clerum & populum Catholicum Constantinopolitanum in ejusdem Synodi Actis scribit: ἡμεῖς πατρικῆς φροντίδα ἡμεῶν ὑμῶν καὶ σὺν ἀλλοτρίῳ πρὸς ἐπιπέδημεν. Nos paternam curam in nobis erga vos flagrantem alieno igne inflammati sumus. Mala, propter quae curam & sollicitudinem flagrabat erga Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Clerum & populum Constantinopolitanum, Caelestinus appellat ignem alienum. Secus se haberet, si cura & sollicitudo Romani Episcopi de malis Constantinopolitanae Ecclesiae inferret jurisdictionem & potestatis superioritatem. Nec igitur, quia Apostolus Paulus inquit, sibi incumbere sollicitudinem omnium Ecclesiarum, inde concludere licet, unum hominem regendis universis totius orbis Ecclesiis parem esse. Hinc Anselmus Laudunensis autor glossae interlinear, Petrus Lomb. & alii eam curam ex charitate profluere notant. Dionysius Rickelius Caribuf, b. l. na hunc locum sua paraphrasi exhibet: praeter & ultra illa, quae extrinsecus sunt.



sunt, id est, quæ ex parte aliorum me cruciant, instantia  
 mea quotidiana, vel quæ mihi assidue instant, & occur-  
 runt ex consideratione proximorum, quibus compatior,  
 & pro quibus sollicitior, sollicitudo omnium Ecclesiarum,  
 quia ex fervida charitate de omnium salute sollicitior, sic-  
 ut de propria. Sollicitudo autem mentem affligit. *Ine-  
 piè tamen idem, ne Romanum Pontificem offendant, addit in enarrat.  
 Ev. & Epist. Dominical. Dom. 60. fol. 93. fac. b.* Quamvis enim  
 solus beatissimus Petrus præfuit universali Ecclesiæ, Pau-  
 lus tamen ex nimia charitate pro cunctis Ecclesiis fuit sol-  
 licitus. *Joh. Chrysostomus h. l. homil. 25. nescio quâ ratione eò pro-  
 gressus sit, ut Sancti Pauli Πανόσιαν τὴν καθ' ἡμῶν intelligat tu-  
 multus, commotiones, populorum oppugnationes, ur-  
 bium impetus. Inquit enim, Judæi supra omnes cum bello  
 lacebant, propterea quod præ cæteris omnibus eos  
 confunderet, maximumq; furoris eorum atq; amentię  
 argumentum hinc præberet, quod tam subito ad Christũ  
 sese transtulisset. Atq; ingens adversus eum bellum tum  
 à suis, tum ab alienis, tum ab hypocritis excitabatur, flu-  
 ctusq; quotidie & præcipua erant, in habitabili orbe, in  
 desertis locis, in terra, in mari, intus, foris. Ac ne neces-  
 sarius quidem cibus ei suppetebat, nec quamvis tenue in-  
 dumentum: verum ille orbis terrarum pugil nudus dimi-  
 cabat, ac fame oppressus decertabat. Tantum videlicet  
 ab eo aberat, ut opibus struendis operam daret. Nec ve-  
 rò eo nomine angebatur, sed pro his rebus certaminis  
 præsidii gratias agebat. An hoc innuere voluerit per suam Πανό-  
 σιαν τὴν καθ' ἡμῶν, valde dubium est, cum præsertim hæc omnia  
 jam ante discretis verbis expresserit. Potius assurgit per allegatam  
 Πανόσιαν καθ' ἡμῶν, & eam S. Paulus vocat curam omnium Ec-  
 clesiarũ, de quâ ita Chrysostomus scribit ex translato. Germani Bixit:  
 Illud præcipuum omnium caput est, quod animus quoq;*



ipſius diſtorq̄uebatur, atq; cogitatio diſtrahebatur. Nam  
etiã ſi nulla res ipſum externè impetiviſſet, ſatis tamen  
ſuperq; inſteſtinum bellum denſiq; atq; alii aliis ſuperjecti  
fluctus, curarum agmina, cogitationum conſictus. Nam  
ſi quispiam unius tantùm domus curam gerens, fervoſq;  
& procuratores atq; adminiſtratores habens, plerumq;  
præ curarum mole ne ſpiritum quidem ducere poteſt, ta-  
m eſſi alioqvi nemo ſit, qvi negotium ipſi faceſſat; cogita-  
qvæſo quidnam hic pertulerit, qvi non unius domûs, ſed  
urbium, & populorum, & nationum atq; ad eò totius or-  
bis curam gerebat, & quidem pro tanti momenti rebus,  
cùm tot eſſent, à quibus vexabatur, ipſeq; ſolus eſſet, tan-  
taq; pateretur, cãq; ſollicitudine duceretur, ut nullus pa-  
ter pro filio in tali cura verſetur. *Summam ſententiã Job: Chry-  
ſoſtomi exprimit Theophylaëtus b. l. Nam primum eodem quo Chry-  
ſoſtomus modo verba Θεοφύλακτος παρ η υαθ' ημεεγαυ tanquam peculiã-  
rem Apoſtoli ſententiã complectentia, præter omnem rationem ſepa-  
rat, cum inquit: Instantia, ſive conſpiratio, h. e. ſuribundus  
inſultus & invaſio, qvã quotidie pleriq; omnes vel publi-  
co conſilio me adoriuntur. Nulla neceſſitate ſive textus, ſive  
circumſtantiarum aliarum iſta divulſio fit. Ad id verò quod  
dicitur de ſollicitudine omnium Eccleſiarum ſic ſcribit: Hęc eſt  
ſumma omnium. Si enim qvi unius tantummodò domûs cu-  
rã gerit, ſamulos tamen & œconomos cum habeat, ne re-  
ſpirare quidẽ poſſit, quid ſuſtinere ac pati verofimile eſt  
animam unam, qvæ præter tot pericula pro univerſo or-  
be eſt ſollicita, proq; fidelium menibus angitur. *Oecume-  
nius eadem calcat veſtigia, cum primum ſeſſionem amplectitur, & ſcri-  
bit ad verba, præter ea qvæ extrinſecus accidunt: Plura  
namq; prætermiſſa erant, qvã ea, qvæ enumerata ſunt;  
magis autem ne ea quidem, qvæ dicta ſunt, ſingula in ſpe-  
cie dixit, ſed ea tantum, quorum numerus facile compre-  
hendi**



hendi poterat, dicendo: **QUINQVIES ET TER ET SEMEL.** Quorum autem numerus erat multus & incognitus, silet, & dicit: Copiosius, & supra modum & sepe. Conspiraciones autem dicit communes ac unanimes incursum à persecutoribus. Conspirarunt, inquit, in me communi consilio. *Atqui conspiraciones adversus S. Paulum communi consilio factæ, nequaquam h. loco sunt Πρωτογενεῖς ἢ καὶ ἡ μίαν.* Et conspiraciones illæ non sunt *χωρὶς τῆς πρυτανείας, sed inera illorum ambitum continentur.* Ad curam autem omnium Ecclesiarum, quam S. Paulus allegat, ita adnotat Oecumenius: Si enim Præfectus quispiam unius familiæ ne respirare quidem potest, quid verisimile est pari Apostolum, qui inerat tanta pericula orbis curam habebat? Sic Græci Patres de hoc loco; in quo œcumenicum Pontificatum certè in his S. Pauli verbis nullum agnoscunt. Neq; hoc volunt, quod S. Paulus sibi simul tribuat universalem quandam Ecclesiarum omnium totius orbis inspectionem, sed hoc potius, quòd in summa estimatione posito Apostolo & laboriosa quadam industria ad omnes casus consulendo promptissimum, nunc ex hac, nunc ex alia Ecclesia, nunc ex hac, nunc ex alia orbis terrarum parte subinde casus conscientie, scandala abominanda, schismata periculosa occurrerint, in quibus componendis & digerendis præter continuationem cursus Evangelicæ prædicationis perpetuò ipsi vigilandum, laborandum, sudandum, ingemiscendum fuerit. Guilhelmus Estius Cancellarius Duacens. ad hunc locum istum Græcorum Patrum à Latinis dissensum animadvertit, cum inquit: Chrysostronus & cæteri Græci expositores hæc dividunt: priorem partem superioribus adjungentes. Quod enim in Græco est *πρυτανείας*, i. e. extrinsecus, ut noster interpretatur; illi accipiunt ut idem sit, quod præter. Quomodo accipitur Matth. 5. ubi dicitur exceptâ fornicationis causâ. Græcè præter verbum fornicationis. Tanquam dicat Apostolus, absq; iis quæ prætermitto. Quo significet, se nondum omnia, quæ pro



Evangelio passus sit, commemorasse, sed quædam studio prætermisisse. Quod autem noster vertit instantiam, illi de tumultibus & commotionibus seu concursibus hominum adversus illum frequenter excitatis intelligunt. Sic enim & alibi vox Græca *ἰσχυροῦς* accipitur, ut Actor. 24. 12. aut concursum facientem turbæ. Sed his quidem fulcrimentis non juvantur Græci. Nam quæ sint τὰ πικρὰ, hoc loco non opus est ambiciose sciscitari. Quæ enim S. Apostolo difficultates & molestias creant, enumerata sunt vers. 23. 24. 25. 26. 27. sunt autem labores, plagæ, carceres, mortes, virgæ facta castiones, lapidationes, naufragia, in profundum maris detrusiones, pericula terrestria, in undis, inter Judæos, inter Gentes, in civitatibus, in solitudinibus, in mari, inter falsos fratres, in ærumnis, in fame & siti &c. Quæ sunt hæc omnia? sunt extrinsecus sive ab hostibus, sive à tempestatibus, sive à miseris extrinsecus obruentibus aliis oriunda. His jam sive extrinsecus respectu rerum lædentium, quæ sunt extra hominem posita, nec nisi ratione corporis lædunt, sive extrinsecus respectu personarum lædentium, quæ sunt extra Ecclesiam seu regnum gratiæ constituta, progreditur ad animæ curas & sollicitudines, quas Ecclesiæ status movet. Nec πικρὰ Matth. 5. aliter accipitur. Nam extra νόμος & ratio conjugii solvendi non est. Quod autem *ἰσχυροῦς* per tumultum interpretatur Chrysostomus cum Græcis aliis, ex Actor. 24. 12. defendi nequit. Non enim de tumultu Paulus loquitur, sed de cætu, quod neq; ad quenquam differuerit, neq; etiam coitionem populi ad sermones excitaverit. Vidit hoc Estius, unde Latinis tandem suffragatur, sed tamen imperfectè, & versionem ipsorum, & mentem Apostoli, exprimit, cum eam ita reddit: Jam vero præter illa, quæ foris & extrinsecus mihi accidunt, id est, corporis afflictiones & pericula, cujusmodi sunt, quæ hæctenus recensui, sunt & peculiares animi dolores, atq; afflictiones, quibus excrucior Evangelii causa. Nam quovidiè ad me tanquam ad Apostolum Ecclesiarum concurritur undique



quæq; à fidelibus ob varias difficultates circa negotium  
 Evangelicum emergentes, quæ res animum meum inqui-  
 etat majorem in modum. *Benè hoc quidem Estius, sed insuf-  
 ficienter. Non enim à solis querelis casibusq; ex universa latitudinis  
 Ecclesiarum ad Paulum delatis instantia proficiunt, sed ab objecto Ec-  
 clesie ipso, quod etiam tacens, quia ejus status & circumstantiæ à per spi-  
 cacissimo viro facile conjici poterant, instabat. Istius igitur meditatio &  
 ponderatio maximã facit Insuper, difficillimam excitat præc. præc.  
 Rectè autem judicat Estius, non quadrare admodum Græcorum expo-  
 sitionem, quia tumultus populorum adversus Paulum non erant quo-  
 tidiani, sed rariores. Neq; decebat Apostolum, cum modestia de  
 se gloriantem, uti hyperbolis. Græca quoq; lectio Latinorum  
 commentarium facile admittit, si instantiam hominum ad Pau-  
 lum concurrentium intelligamus, quomodo sanè B. Augustinus  
 intellexit scribens in Pl. 98. ubi hunc locum ita legit: *Incursum in  
 me quotidianus.* Nec secus in 4. de doctr. Christ. Illud etiam  
 extrinsecus benè se habet. Nam Græcum adverbium *παρα* & *εξ*  
 præter & extra compositum utramq; significationem participat.  
 Unde & locus Matth: per commode verti potest *exera causam for-  
 nicationis.* Ita Estius, qui conera Bellarminum explicat sollicitudi-  
 nem omnium Ecclesiarum, cùm inquit: Si pro invicem sollicita sunt  
 membra ejusdem corporis etiam minora; quantum oportuit pro  
 reliquis omnibus esse sollicitudinem tanti tamq; nobilis & præcel-  
 lentis membri? Nec ideo præfuit toti Ecclesie Paulus, quasi parem  
 cum Petro potestatem sortitus. Nam etsi sollicitudo præfecturam  
 consequatur, non tamen è converso præfectura sollicitudinem,  
 quemadmodum patet ex membris pro se invicem sollicitis *Equidẽ  
 Nicolaus Sanderus Anglus de visibili Monarch. Eccles. lib. 3. cap. 1.  
 Pauli sollicitudinem talem fuisse contendit, qualem ipse Romano Pon-  
 tifici vendicat, idq; I quia Actor. 16, 37. ad Barnabam dixit, visitemus  
 fratres per universas civitates, in quibus prædicavimus verbum  
 Domini. 2 Quia varias ad varios scripsit Epistolas. Atqui ma-  
 nifestum est, S. Paulum nullo modo exteriore opere potuisse exercere o-  
 mnium**



innum per universum terrarum orbem erectarum Ecclesiarum curam,  
& iis officiis, quae necessaria sunt ad administranda munia Ecclesiastica,  
satisfacere. Certum etiam est, non paucas toto orbe fuisse Ecclesias, ad  
quas S. Paulus neq; peruenit neq; scripsit. Ne dicam fuisse Ecclesias in  
orbe S. Paulo incognitas. Fuit quidem latissimus longissimusq; excursus  
ab Hierosolyma usque in Illyricum, quem implevisse se Evangelij  
praedicatione tradit S. Paulus, hujus tamen spatia, si cum toto orbe com-  
parentur, exigua sunt. Oportet ergo Paulinam curam potissimum re-  
ferre ad affectum internum promanantem ex summa ebaritate, quae Ec-  
clesias ita volebat ubiq; curatas, ut nuppiam quisquam illis accederet,  
quod firmandis propagandisq; illis non conducere. Locus Act. 15. in-  
diget illas Ecclesias, in quibus prius fuerunt Paulus & Barnabas. Ita  
limitant verba Apostolica: ἐν αἰς κατηγγέλαιεν τὸ ὄνομα κυρίου.  
Sic etiam epistola Paulinae, quamvis nunc pertineant ad canonem oecum-  
enicae Ecclesiae propositum, tamen ex inscriptione Apostolica non at-  
tingebant Ecclesiam catholicam. Non abnuimus interim, Apostolorum  
ad ejusmodi μίση, μύω, πρὸς τὸν ἐκκλησιαστικὸν excelsa & admiranda fuisse  
praesidia, quibus caelitus instructi nunc hanc nunc illam sese diffundere, &  
Ecclesiae fatiscenti succurrere potuerunt, quae Ecclesia jam plantata ne-  
minem adeo ornant aut replent. Interim omnibus fidelibus alio quocumq;  
sed non adeo accurato exquisitoq; gradu sollicitudo ista seu sollicita cura  
omnium Ecclesiarum commendata esse debet. Requirit hoc unio illo-  
rum cum membrorum sub uno capite mystico, per quam totum corpus  
congruenter coagmentatum & compactum per omnes suppeditatas  
commissuras, ex vi intus agente pro mensura uniuscujusq; mem-  
bri, incrementum capit corporis conveniens ad sui ipsius extru-  
ctionem in charitate, Ephes. 4. 16. ad quae verba ex Chrysostomo ita  
Theophyl. ex vers. Phil. Montani scribit: quemadmodum in corpo-  
re Spiritus, qui è cerebro descendit, per nervos non simpliciter dat  
omnibus membris sensum, sed secundum proportionem cuiq;, &  
quidem quod plura recipere potest, plura; quod verò minus, mi-  
nus. Sic & Christus in animas nostras, quae sunt membra illius, fa-  
cit



cit suppeditationem charismatum suorum, non simpliciter, sed pro mensura cujuslibet membri, hoc est, perinde ut potest capere quodlibet, hæcque ratione totum corpus ædificatione & augmentum sui ipsius facit in dilectione. Aliter enim non licet recipere suppeditationem de super descendente Spiritu, à quo & vivificamur & crescimus, nisi per dilectionem connexi fuerimus, & uniti ceu unum corpus. Ut enim manus, si à corpore avulsa fuerit, non porro receperit sensibilem spiritum, tanquam à continuitate diducta: sic & nos nisi uniti fuerimus, non recipiemus à capite nostro Christo descendente Spiritus gratiam. Propterea dixit, quod corpus etiam compactum & connexum h. c. non è simpliciter positum membrum, verum etiam conjunctis & uno quoque proprio locum habente, ut nullum luxatum sit, neque præter formam collocatum. In nobis igitur est, nos ipsos construere & coagmentare per dilectionem, Christi verò capitis nostri, spiritum adlegare. Nimirum inter omnes sub Christo capite positos fideles est conjunctio & communio, qualis est inter viva membra corporis & cum capite: Est communio per omnes commissuras. Est communio ex vi intus agitante. Est communio, quæ unitæ quodam membris corporis mystici pro sua mensura concurrunt. Est communio ex qua incrementum sumit unum quodam membris corpori conveniens. Est communio valde necessaria ad corporis exstructionem. Est communio per charitatem sese feliciter diffundens. Inter illam Apostolicam, & hanc, quæ ad communionem sanctorum pertinet, & omnia membra Ecclesie involvit, sollicitudinem, intercedit ea, quæ MINISTERII Ecclesiastici est, tanquam eorum, qui in omni administratione suâ, & depositi celestis dispensatione perpetuam restrictionem habent ad bonum universalis Ecclesie, cuius membra norunt esse omnes, quorum animas curant. Ut enim ineptissime agit, qui ita unam alicujus regni civitatem curat, ut non ad universi regni bonum referatur; ita imprudenter uni Ecclesie, unius cui præest, qui eundem absque perpetua relatione ad universitatem credentium moderatur. Est hic independensismus absurdissimus, & dissolutioni corporis mystici destinatus. SINGULARE quiddam requiritur ab illis, qui in Ecclesia passim Collegiis Academ. Theologicis præsunt, illi enim bono publico & universali Ecclesie quam maxime nunc consulunt.



fulunt, & uti S. Paulus ait, *Ἰνὸς αὐτῶν τῶν καὶ ἡμεῖς οὖν ἔχοντες* habent à pe-  
cunia *πρὸς τὸν τῶν ἐκκλησιῶν*. E quidē satis superq̄ ab officii incumben-  
tis laboribus fatigantur. Quancas n. lucubrationibus publicis privatisq̄  
devorant molestias, hoc præsertim nauseabūdo tempore, quo ad o. fasti-  
diosē estimat juvenus studiosa bonorum virorum commentationes, ut  
nunquam fere illi satisfieri possit? Quantum temporis impendere neces-  
se habent censuris scriptorum transmissorum & ad typographiam  
anhelantium? Quantum deprecant temporis responsa & consistia ad va-  
rios Casus, de quibus consuluntur? Accedit onerosa inspectio in eos ad-  
lescentes Academicos, qui ipsorum prudentiæ gubernandi commissi  
sunt. Superveniunt alloquia Studiosorum quotidiana, jucundissima qui-  
dem & promptissimo auxilio excipienda, quia occasionem subministrant  
pulcherrimis ingenii ea ingenerandi desideria, quibus à vanitatibus  
abstracti ad bonum publicum contendant, ita tamen comparata, ut mul-  
tas horas sibi vindicent. Cumulum augent munia Academica, Rectora-  
tus, Decanatus, Mensæ Communis inspectio &c. Nec parū temporis  
sibi vindicat labor infinitas literas scribendi ad diversas regiones, quem  
declinare velle otioso neglectu, neq̄ Academia honorificum, neq̄ Ecclesiæ  
foret salutare. Quam plurimi Theologorum Academicorum ad hæc di-  
versis in locis onerati sunt Concionibus hebdomaticis, assidere coguntur  
negotiis Consistorialibus, & occupationibus similibus aliis, quæ sola  
integr. hominis etiā expeditissimi vires excedunt. Unde etiā fieri  
consuevit, ut plerumq̄ Theologi Academici sub ista mole laborum in-  
cumbentium concidant, & in ætatis optimo flore deficiant & marce-  
scant. Istis tamen omnibus non attentis seculi dispositio inevitabilis  
eos inprimis pertraxit ad illam sollicitudinem pro omnibus Ecclesiis  
pro virili præstandam. Quam si aliter præstare nequeunt, perficiunt  
saltem piis admonitionibus de defectibus in regimine & Hierarchia Ec-  
clesiastica. Hinc & statum universi regni gratiæ in his terris memori  
vigilijs circumferunt an mo. observant unde jam olim innotudum  
AntiChristi regnum sua incrementa sumat, suas fraudes neclat, suos co-  
lores componat, quomodo illi ex armamentario puræ simplicisq̄ veri-  
tatis



raris occurri queat successu beatifico: notant vestigia reliquarum hæ-  
resium, & quibus gradibus ad corruptelam cælestis veritatis progredi-  
antur: thesauros cælestis veritatis in linguas quam plurimas diffu-  
sos magnis laboribus, sumptibus & vigiliis comparant, seruantur, ex-  
promunt: antiquitatis monumenta eximiâ quâdam diligentia perve-  
stigant: & hoc quidē sumptibus stipendia, quæ ingrati bono-  
rum Ecclesiasticorum heluones tenuiter conferunt, exce-  
dentibus; voluminibus autem non ad ostentationem & pompam  
adornatis, qualia ibi prodire solent, ubi superstio diffusorem excitat  
liberalitatem, quam apud nos veritas; solidis tamen & sustinenda mili-  
tia pro veritate cælesti expedita sufficientibus. Nec minori industriâ,  
pietate & sollicitudine laborant in reliquis Ecclesiasticæ administratio-  
nis partibus, quæ disciplinam, regimen, Casus Conscientiæ, propagatio-  
nem & alia concernunt. Hinc variæ Consultationes & mediatio-  
nes evulgatæ, varia pia desideria, quæ utinam in publicam aliquando  
Consultationem deducerentur, & conjunctis curis agerentur. Unde  
Unio Ecclesiarum desideratur arctior per Synodos, per Encyclicas  
epistolas, per Academiarum arctiorē nexum, & cætera, quæ desideran-  
tur. Sanè hûc collimant PIA DESIDERIA Admodum Reve-  
rendi Viri DN. JOHANNIS QVISTORPII, SS.  
Theol. Doctoris, Professoris ordinarii, & Ecclesiæ Ja-  
cobæ Antistitis, Dn. Collegæ & in Christo fratris no-  
stri conjunctissimi. Notavit ille ex venerandæ antiquitatis lau-  
dabili praxi quamplurima, quæ ad suffulciendam Ecclesiastici Cor-  
poris integritatem conducere poterunt. Pervolvit Theologorum no-  
strorum B. Lutheri, Joh: Brentii, Jac: Andreæ, Erasmi Sar-  
cerii, Nicol: Hunni, & aliorum gravissimorum Doctorum hûc  
collineantia monita. Theologorum etiam, qui se Reformatos vocant,  
ad hunc finem directa examinavit Consilia. In Pontificium quoq; re-  
gnum suos direxit oculos, & quibus suam Monarchiam tuerentur ar-  
tibus, ponderavit. Adhibuit Collegii Theologici Consilia, quæ in di-  
versis Casibus proposuit. Tâ paxentis DN. PARENTIS sui,  
Theologi



Theologi cordatissimi & exercitatissimi observationes prudentia plenas  
adhibuit. Deniq; ex occurrantibus quotidianis sollicita pietate  
collegit plurima. Hinc enata & excitata sunt illi **PIA DESI-**  
**DÉRIA**, quæ intra recessus pectoris latitare noluit, sed post alios  
**ORBI** exponere, & expectare, an sive **MEGAPOLEOS**  
nostra Proceres ad animum illa admissuri essent, & de **REME-**  
**DIIS** desideriorum cogitationes & consilia amplecturi, sive etiam  
Ecclesiæ repurgatæ dispersa de istis desideriis suspiria cum suis Collecta-  
neis sese consociare, & demum plurimorum malorum radices evellere  
vellent. Agite ergo quotquot Dominum **JESUM** ejusq; unicam  
inconsulibilem amatam & amplectimini, quotquot veritatem & purita-  
tem in regno gratiæ unice cupitis efflorescere, quotquot cogitis, ut  
nos in Ecclesiæ laborantis militia constitutos esse, ut perpetuis opus sit  
contra malitiam excubiis, favete, adlaborate, conjungite pulcherrimis  
Excellentissimi Viri Desideriis vestra consilia, vestra auxilia,  
Favete **PRINCIPES & PROCERES** debebitis maxime  
hanc sollicitudinem Principū Principi! Favete Republicæ ita compo-  
nuntur publica res ad æternitatis felicitatē. Favete Sapientes! propagan-  
da est æterna sapientia! Favete opulenti! ad nunquam perituras di-  
vitiās contendendum est! Favete Pauperes, de cælestibus opibus recte  
conferendis agitur! Favete omnes boni, si Ecclesiæ bene erit, omnibus  
bene erit! Adspira **TU** verò Optime Maxime **DEUS** ubiq; **PIA**  
**DESIDERIA**, consilia, opera, ut operemur, consulamusq; sa-  
lutariter.

*Dab. Rostochii Anno salutis 1659. Mense Martio,*

Pia



## Pia Desideria.

D. JOHANNIS QVISTORPII. P.



Christiani cultus rationem hucusq̄  
pauci, satisq; parcè prodiderunt. Plures  
profanorum rituum scriptores vidi, sa-  
cerorum autem paucissimos. In tantâ  
raritate cum nunc prodeam, ne, quæso,  
hæc mea Pia Desideria, & decennialia ob-  
servata Sacerdotalia, contemnite. Sed  
potius quæ Ecclesiæ salutaria judicaveri-  
tis, amplectimini, noxia verò procul esse  
jubete. Qvi aures haber ad audiendum,  
audiat quid dicit Spiritus Ecclesiæ!

I. Cum vult Apostolus 1 Cor. XIV. 40. In Ecclesiâ cuncta  
ordine & decenter fieri debere; docet, DEO boni ordinis, placere  
congregationes Sanctorum ad Pietatem compositas, vbi abest o-  
mnis superstitio, confusio & vanitas. Quando a. examinamus publ.  
nostra sacra, apparebunt non nulli navi, faciem sponsæ Christi de-  
formantes; qvi tamen facile per prudentiam Ecclesiasticâ tolli pos-  
sunt. Initium faciemus à Feriis Christianorum. (a) Nos mox post  
Dom: Adventus & Esto mihi, ubi jam per certas publicas preces  
& cantiones invitamur ad meditanda Christi beneficia, prohibere  
deberemus Nuptias ebrietate & luxuriâ repletas, & comotationes  
Bacchantes: quibus carnalibus deliciis sumus piis offendiculo,  
magis. Natalitiorum & Passionalium Christi turbantur,  
ac avocantur homines à curâ sedulâ & piâ, excipiendi Jesum verò  
desiderio, fide & amore. Ne id fieret, statutum satis severum Con-  
cily Illerdensis tempore Symmachi presentibus octo Episcopis cele-  
brati, his verbis fuit formatum: Non oportet à Septuag usque in  
Octavam Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Jo-



hannis Baptistæ, & ab Adventu Domini, usq; ad Epiphaniam, nuptias celebrare, quod si factum fuerit, separentur. De Quadragesimali tempore, ubi tanquam in publico luctu constitutis, interdicebantur sponsalia, *Consilium Toletanum, IV. Cap.* hæc habet: Tunc enim opus est fletibus & jejunio insistere, corpus cilicio & cinere induere, animum mœroribus dejicere, gaudium in tristitiam vertere, quousq; veniat tempus Resurrectionis Christi. (b) Utinam procul ab ipsa nocte Festi Natalitij & Circumcisionis Salvatoris nostri, superstitiosa pleborum phantasmata, & imminentis Novi Anni vana præfagia, abessent! An Rosæ Hierochuntinæ quotannis, illâ nocte, quâ natus creditur Salvator noster, folia sua sponte explerent, & mox vicissim marcescât, viderit *Saligniacus T. 9. c. 6.* Ego domi aliquam reservo, quæ quovis tempore, toties quoties aquæ immergitur, apparet expansa, inde autem vicissim extracta se complicat: Quod videtur fieri in testimonium Virginei partus, inquit *Adrichomius in descript. Terra Sanctæ.* (c) quid Venæ sectiones eorum die S. Stephani sibi velint, non penetrare possum. (d) Discursationes Pseudo trium Regum, cum chartaceâ stellâ & cantiunculis venalibus quid profint ignoro, (e) Castigationes obscenæ hominum utriusq; sexus, otia quæ conceduntur scholaribus, & inebriationes propè omnium, in primâ septimanâ, ubi cruenta Crucifixi nostri passio nobis erat meditanda, Christianismum nostrum apud alienigenas admodum deformant: per hanc enim profanam vitam, passionalia Christianorum in Bâchanalia Ethnicorum convertuntur. (f) Solis trina saltatio, summo mane, die Paschatos, anilis fabula est: Nam Solis radiis diutius exposito, tremulus semper apparet. Voluerunt meo arbitrato, hoc pio figmento B. Antecessores cum solis ortu, è somno saltem Christianos excitare, ad citò meditandam Christi gloriosam resurrectionem. Sanè si hoc peculiare dies Paschatos præ reliquis ab initio habuisset, litem de die Paschatos justo tempore celebrando, inter Græcam & Latinam Ecclesiam, jam multo ante synodum I. Nicænam agitatam, accuratè ac facillimè terminare & componere potuissent. (g) Circa festum Pentecostes, sacrum Sp. Sancto, incogitanter nec non intempestivè, Ethnico velamine



lamine occæcati Christiani, columbam s. avem erigunt, (in cujus formâ Sp. S. ad Jordanem apparuerat) quam bombardarum globulis petunt, perforant & cum triumpho mutilant. (h) Iniquè etiam insana gaudia in festo Johannis agitantur, dum nostri per prata ac colles discurrunt ad sanguinem Johannis conquirendum, cujus beneficio per Anni spacium immunes à feбри & morsu canum esse possint: & pueros ignes in publicâ Plateâ transilire, cum animi prolubio sinimus ac contemplamur. Qvi Ritus ex gentilismo de sumptus est, qvòd *Hospinianus de Orig. Fesl. Christian. p. 79.* his verbis declarat. Nativitatis seu Johannis Baptistæ Festum post annos Christi celebratum 400. ex Maximini, Taurinensis Episcopi Homilia apparet, quam in illo habuit. *Durandus Rational. l. 7. c. 26.* In eo verò tria fiunt. Nam in quibus locis ex antiquâ consuetudine, colligunt pueri ossa, & alia immunda, & simul cremant, ut fumus fiat. Habent hoc à gentibus. Antiquitus enim dracones hoc tempore ad libidinem, propter calorem excitati, volando per aërem frequenter in puteos semen emittebant, unde aqua inficiebatur. Er qvi ex hac aqua bibebant, aërem corruptum hauriebant, vel moriebantur, vel in gravem morbum incidebant. Hoc animadvertentes Medici, ignes jusserant frequentes & passim circa fontes fieri, & quæcunq; magnum atq; immundum redderent fumum, ibi cremari, eo siquidem dracones fugari posse, arbitrabantur. Cum igitur circa hoc tempus, qvo S. Johan: festum celebrandū institutum fuerat, hæc imprimis fiebant, id circò adhuc ab aliquibus quoq; observantur, per hos ignes saltatur, sicut ap. Romanos in Paliliis. 2. Ferunt et. in festo hoc faces ardentes, cumq; illis arva & segetes circumeunt, qvâ re benedici illas existimant, 3. Rotam quoq; hoc die in quibusdâ locis volvunt, ad significandum, qvòd Sol altissimum tum locū in Cælo occupet & descendere incipiat in Zodiaco. Hæc ille. Et in *Conzenius* vehementer iratus est Theologis nostris, qvòd taxent & improbent insanâ hanc S. Johannis festivitatem in *Comment. in Luc. c. i. v. 14. pag. 15.* Pii gaudent quidem, de nativitate Johannis, sed ad has extraneas gentilicias ceremonias labi haud licet, nec decorum est. (i) Abundent sensu



su suo Medici superstitiosi, qui herbas certis diebus collectas, ad morbos dissipandos solum aptas esse censent. Taceo Cisionis Jani, Calendariographorum ac Rusticorum figmenta, qui Omina fatiis Feriis inesse putant.

II. Quies Domini in Sabbathis nostris admodum turbatur: (1) per Nundinationes, (2) Obsonia matutina, & (3) Vespertinas inebriationes, nec non (4) per Publicationes edictorum Magistratus de suggestu. Hoc sanctissimo Die (5) operarios conducimus, & cum iis rationes inimus, ac multas otiosas ac profanas voces miscemus: qui miseri (6) non assueti nummis, id quod unciatim per sextiduanos labores corraferunt, unà Sabbathi vesperâ abliguriunt, (7) domum cum boatu revertentes, uxorem esurientem cum liberis verberibus miserè tractant. (8) Superlativi nostri, quib<sup>9</sup> per quotidianos labores non fuit tantum otii, Barbæ tonsores antemeridiano tempore ad se accersi curant; undè crebro hi & illi sacris publicis in Sabbatho, se non sine scandalo subducunt: (9) Nullum tempus Matres familias in sextiduo Ancillis & Nutricibus, ad refarciendas reculas suas, concedunt. Quæ propterea adiguntur ad refectionem vestium laceratarum die Domini. (10) Æquè uti Nobiles in suos proprios homines favere solent, qui cum salutis dispendio, in sabbathis propter panem quotidianum, terram, quam possident, aratro sulcare coguntur. (11) Quoties Convivium aliquod adornandum, illud in d. Sabathi rejicitur, velut in tempus ad otia & computationes aptissimum! vereor ne tandem cervicibus nostris <sup>W</sup> imponatur, quam minatur Deus Israël per *Malachiam cap. 2. v. 3.* Sparfurus sum simum in facies vestras, simum sabbatorum vestrorum.

III. In Profestis diebus, s. Præparatoriis dierum Dominicalium, à meridie, ad Vesperæ cantum, pulsu campanarum fideles excitantur; illas autem (1) latinas cantiunculas, non nisi (2) pueri sine sensu ac devotione, capitibus pileo obrectis, cum profanatione nominis Divini, decantant. Et ab hoc signo dato (3) nullus se quotidianis subtrahit laboribus, ut in Suecia fit, mox post sonum



## DESIDERIA.

9

campanarum, dasi Hellige Ringeln. Sed potius (4) Opifices in mediam usq; sabbathi noctem laborant, (5) sequenti sacro die defatigati, stertunt, dum alii sacra tractant, cum tamen monuerit Dominus, preparate vos, cras enim est festus Dies Domini! (6) Quot fabri lignarii, sartores, sutores, & id genus hominum, vix tantum subtrahunt suis laboribus, ut die Saturni se Confessionario sistant, sed die Solis demum, adhuc ab hesterno labore defatigati & somnolenti, petunt absolutionem. O tempora, o mores!

IV. (a) Die Dominicâ anteqvâm sacerdos suggestum conscendit, perpauci templum intrant, ut simul cum Cantore pias cantilenas canant, sed finitis hymnis, demum multò molimine compti, velut ad nuptias ituri, *μὲν πᾶσις Παντοσίας* ad pedes decentis se collocant, (b) Nec quicqvâm magis in votis habent, quâm ut Verbi Minister ante horam concioni finem imponat, quò mox domum redire, brassicam coquere & ventrem multo cibo saburrare possint, per quas ingurgitationes ad sacra pomeridiana ritè tractanda inepti redduntur. (c) Fateri cogimur, multos ad templa nostra venire, non tam religionis gratiâ, quam ut videant & audiant, quod oblectet; & per nimias latinas cantiones instrumentales & figurales, infirmiores turbari. Sanè nostrates plurima à Pontificiis orta, in ceremonialibus retinuerunt, cum magno Ecclesiæ incommodo. *Erasmus in Annotat. ad 1. Cor. 14.* quando conqueritur de theatricâ Musicâ, quæ in sacras ædes fuit introducta, scribit: talem se non opinari in Gregorianis vel Romanis Theatris unquam auditam fuisse; omnia enim tubis, fistulis & sambucis perstreperet. Hunc autem exoptatissimum usum esse metricæ cantionis, & instrumentalis Musicæ, quando canentem reddit spirituales, quando mens, affectus, voluntas, & vita cum cantilenæ contentis concordant, & vox in Dei laudem elevatur. Sciamus oportet, Musicalia hæc aures non tantum permulcere debere, sed potius permitti ad attentionem excitandam; quia non spectari debet duntaxat *ῥῆδὸν καὶ πᾶνδον*, sed potius *ὠφέλεια*, ut vult *Arbanasus in lit. ad Marcellinum*. Hinc peccatis, cui magis placet melodia, quâm vox cantione expressa. Verum hic sinimus cantores, & organistas

B

ganistas



ganistas abundare suo sensu, qui canunt in Ecclesiâ cum suis com-  
 bibonibus, exclusis Laicis, incognitas & in latina lingua concin-  
 natas cantiunculas, unde populus utilitatem capit nullam.  
*Augustin.* Cantum intelligibilem commendat admodum,  
 nec se ullâ re magis commotum fuisse fatetur, Confess. l. 9. c. 6.  
 Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ  
 tuæ vocibus commotus acriter? Voces illæ influebant auribus  
 meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex eâ æstuabat  
 affectus pietatis, & currebant lachrymæ & benè mihi erat cum eis  
*Ambros. in tractat. cap. 1. Cor. 14* redarguit Latinos, quia inter sacra  
 Græcas canebant cantiones. (d) Quotidianos Psalmos eheu! can-  
 nit populus rudis sinè omni attentione, corruptè admodum, ita ut  
 substituât voces sensû planè invertentes. Commodè hoc vitium per  
 librum cantionum emendari posset, in quo *Rubris* literis voces  
 detortæ exprimerentur; magnum enim earum catalogum offen-  
 des, si saltem attenderis ad mulierularum & rusticorum cantiones  
 Sabbathicas. (e) Cum saltatrice, profano & minus intelligibili  
 organi pulsu, dum coctus garrît, modò illuc modò huc oculos la-  
 scivè conjicit, sacerdos suggestum conscendit. O si tunc Ecclesia  
 attentè illud: veni sancte Spiritus, vel *Nun bitten wir den H. Geist/ &c.*  
 intonaret, & his precibus prosequeretur Doctoris sacra molimina,  
 lac Verbi avidius sitiret, & semen illud cœleste uberiorem fructum  
 ferret! sicuti quondam factum fuisse recenset *Synoc. cap. 50. v. 18. &c.*  
 (f) Nec inale fieret à verbi ministro, si in cujusvis concionis exor-  
 dio seu epilogo, pœnitentibus peccatorû condonationem imper-  
 tiret. Ita enim obtentâ veniâ publicanus ex templo domum se reci-  
 piebat lætus. (g) Paulus Warenfridus seu Diaconus jussu Cæsaris  
 Caroli M. certas illas pericopas Evangelicas & Epistolares, singu-  
 lis diebus Dominicis explicandas, ex libris N. T. excerptis, ut ha-  
 bet *Functius in Chronol.* ad exemplum Sidrarum & Haphtararum  
 Judaicarum. De pericopis his Epist. Dominicalium *Luther. T. 3. Jen.*  
*Wie die Teutsche Mess angehet/* ita loquitur: *Es muh ein ungeschickter*  
*Mann gewest seyn/ der die Episteln auff die Son- und Feirtage zusammen*  
*gelesen/ es scheint es sey ein Werckheiliger gewesen/ die weil er nur von*  
*Wercken*



Wercken in allen Episteln handelt. Ich wolte lieber den Glauben besser üben, si optio daretur. At ut nunc sunt tempora, ubi pleriq; fidē & Christum in ore gerunt, sed in vitā negant, non satis studium bonorum operum, ex purā fide fluens, urgere possumus. At apud Reformatos, ubi hæc scrinia nominis Jesu spreverunt, in suis sabbathis sæpe id contigit, ut in festo Natalitiorum textus de Passione CHRISTI, & vice versā tractati fuerint. quod pertinet ad *ἀνάξια*. (h) Cæsar Constant. M. semper stans concioni attendit, ut apud *Euseb. in vitā Const. l. 4 c. 33.* Legimus, surgant illi, quos inter concionandum somnus obrepit: Cum præco Verbi denunciat iram Dei immorigeris, peccator cum publicano ingemiscat, Gott sey mir armen Sünder gnädig. Cum verò consolatur afflictos, miserii hæc sint suspiria, ex *Ephes. c. 1. v. 13.* versigele Herr Jesu den Trost im mtr. Hodie in Anglia orator Ecclesiasticus quoties dictum Biblicum allegat, mox cum ipso cæsus Biblia evolvit, quodq; is ipsis identidem ex libro prælegit. Quotquot scribere norunt, sive is vir seu mulier fuerit, in templo conciones habitas in peculiarem librum consignant. Hi sanè in extremo die contra nostrates otiosos verbi divini auditores insurgent. (i) Quoties cunq; ante concionem, & finitā eadem in templo, in genua prolapsi, orant omnes orationem Dominicam, signum deberemus campanā dare, quò simul domi latitantes & in plateis tunc reperti, uno ore & spiritu Deum adorarent. Hæc namq; supplicæ, quæ eodem tempore à toto populo fiunt, Deo sunt per-gratæ. (k) Monet Paulus. *1. Tim. 2. v. 1.* Adhortor ante omnia ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones, pro quibusvis hominibus. *v. 2.* Pro Regibus & quibusvis in eminentiā constitutis, ut tranquillam & quietam vitam degamus, cum omni pietate & veneratione: nam hoc bonum est, & acceptum in conspectu Servatoris nostri Dei. Dum autem huic Apostolico mandato obedientiam præstat sacerdos, & durante solenni oratione in fine concionis, pro Ecclesiastico, civili & domestico statu, pro ægrotis, afflictis & peregrinis, apud Deum intercedit, vix quisquam simul cum Sacerdote Deum invocat; sed quisq; ex libro peculiari, precati-



unculas quasdam, corde diviso obmurmurat. Quia E. rari pro aliis oramus, parum profunt nostræ publicæ preces miseris; sanè preces sanctorum pro incarcerato Petro *Act. 12.* nullatenus frustranæ fuerunt, & nec dum essent, si verè & concorditer ab omnibus simul fierent. (l) Finitis sacris mæutinis, anteqvàm secunda sit dimissio, & sacerdos extensâ manu super præsentem adhuc cœtum recitat verba benedictoris *Num. 6.* Totus populus stans cor devotum Domino sistere deberet. (m) Olim Diaconi ante templi portas observabant introeuntes & exeuntes, nunc indiscriminatim porci intro mittuntur; nec quisquam arceat à sacrâ communione indignos. (n) Ne quid dicam de gladijs defunctorum Chiliarcharum, sanguine fratrum adhuc madidis, & vexillis, quibus manipuli furum se juramentis obstrinxerant, in templis nostris solenni ritu suspensis, per quæ domo Domini nõ exornatur sed potius deformatur. In V. T. instrumenta, quæ hominem ad imaginem Dei creatum, morti sceleratè vel casu tradiderant, confringebantur & combyrebantur: nos verò sacrario inferimus hæc abominanda Domino! (o) Porro, nullus fraternè compescit in templo confabulantes, excitat dormientes, unus blanditur alteri. (p) Si post Pomeridiana sacra, publica benedictione, Ecclesia dimitteretur, & omnes eam cum reverentiâ ac devotione reciperent, sub umbris alarum benignissimi Dei, per sequentè septimanam incederet omnis populus: sed quod dolendum (q) plurimi ex templo in seram usq; noctem, domos, ubi ars cauponaria exercetur, intrant, quasi re benè gestâ. Nec (r) Politici nostri sibi persuadere possunt, ad sabbathi sanctificationem requiri integri ejusdem diei sanctimoniam. (s) Examinare potius quisq; Paterfamilias ex habitis concionibus domesticos deberet, ad exemplum Abrahami, quod Deus commendat (t) Hinc suaserim, haud inutile fore hunc docendi modum, cum verbi præco in fine totam concionem duabus aut tribus quæstionibus distinctè & clarè includit, quas identidem repetit, donec easdè pater seu mater familias intelligat, & domi suis, circa hujus diei meridiem & vesperam proponere & inculca-



inculcare possit. Ex Oratoriâ nuda n. arte, quam multi exercent, populus utilitatem vix capit ullam. Luther. emphaticè monet: *Ein Prediger sol auff dem Predigstuel die Zehen herauß kriegen, vnd das Gemeine Volck mit Milch speisen.* Quod *Paulus 1. Cor. 14. 18.* suo quoq; calculo approbat.

(V) Solennitas & reverentia adesse debet administrationi Sacramentorum, ad exemplum primitivæ Ecclesiæ. Ubi (1) Coràm pueris & puellis, qui sublimitatis horum mysteriorum minùs capaces judicabantur, de Sacramentis nullus aperte locutus est, sicut *Cyrellus* fatetur: De mysteriis, presentes si sint Catechumeni, clarè non loquimur, sed sæpe multa dicimus rectè, ut qui norunt fideles, intelligant. Et (2) ab *abûsiva* Cœnæ & Baptismi administrationis repulsi sunt, per Diaconi vocem: Exite omnes Catechumeni, energumeni & non initiati, in pace. Propterea quod jus communionis & fraternitatis aut amisissent, aut nondum essent consecuti juxta putatitium *Dionys. Areopag. de Eccles. Hierarch. cap. 5.* Catechumenos namq; & energumenos quidq; in pœnitentia sunt, sanctæ hierarchiæ mos patitur quidem audire sacram Psalmodum modulationem, divinamq; sacrarum Scripturarum recitationem; ad sacra a. opera quæ deinceps sequuntur, atq; mysteria spectanda, non eos convocant, sed perfectos oculos eorû qui digni sunt. Idem Gentiles omnibus suæ religionis non initiatis interdixisse *Virg. Æneid 6.* memorat. *Procul ô procul este profani, Conclamar vates.* Hoc ipso enim condignam Majestatis opinionè his mysteriis conciliabant. (3) Nunc autè utriusq; sexus tenerrimi, baptisterio & mensæ Domini indiscriminatim & petulanter circumstant, ridentes infantis capitis in aquam immersionem, panis ac vini comestionè ac bibitionem *Cyrell. Alex. l. 4. c. 4.* refert. Quod Christus Dominus voluerit Capernaïtis declarare, quomodo ipse traderet carnem suam ad manducandum, quoniam illi non tunc erant satis instructi in fide. Undè tandem (4) ob hanc externam contemptibilem speciem, de his sacro sanctis mysteriis concipiunt opiniones, vanas & erroneas. Nec (5) cum annos discretionis attigerunt, ardentius sacramentorum participationem i-



plii appetunt, *August. in Job. tract. 86.* Etsi sacramenta fidelium non produntur; non ideo fit, quod ea ferre non possint, sed ut ab eis tanto ardentius concupiscantur, quanto honorabilius occultantur.

VI Postquam in Evangelio repertum fuit illud, & adduxit eum ad Jesum. Item *Matth. 19.* Sinite infantes ad me venire, eorum enim est regnum caelorum: (1) Compares à sacro fonte Baptismi candidatos Susceperunt, inde Susceptores, Offerentes, Sponsores dicti. Initio naturales parentes filios de fonte hoc sacro susceperunt, quæ consuetudo in *Concil. Moguntino cap. 55.* his verbis: Nullus proprium filium vel filiam de sacro fonte suscipiat; abrogata est. Ad denotandum, educationem spiritualem longè distare à carnali. (2) Quando Patrini, ante baptismum seu lavacrum regenerationis, edunt fidei professionem: & ajunt, se credere in Deum Patrem, Filium ac Spiritum S. & ad stipulari symbolo Apostolico, non faciunt id nomine infantis, ut apparet, qui post deum per baptismum fidem impetrat; sed potius susceptores respondent de sua fide, quod nimirum articulos hos credant, & quod ad hanc fidem infantem sint educaturi. Si hæc sana explicatio non valebit, aliquod *ὑπερθετικόν* in ritu administrationis baptismi infantum, reperietur. Nec in antiquitate vestigia extant, Symb. Apostol. Patrinis infantum unquam propositum fuisse, sicut adultis contigit: ut in *Actis cap. 8.* Eunucho petenti baptismum, dixit Philippus, si credis ex toto corde, licet, & respondens ait; Credo filium DEI esse Jesum Christum. Similia legimus apud *Dionys. Areopag. de Eccles. Hierarch. cap. 2.* & *Gregorium M. de sacr. baptis.* Ea; forma professionis ab adultis baptismi candidatis tribus vicibus repetebatur, ad exemplum trinæ responsionis Petri, de CHRISTI dilectione. (4) Absoluto baptismo mox quondam minister baptizatis oscula figebat, cum amplexu in imo pede, ubi *Cyprianus Epist. 59. ad fid. Ep.* scribit. Quo innuebatur pax & gratia quam baptizatus cum Christo & Ecclesia inierat. *Ambros. lib. 2 de panit. c. 3.* & *Epist. 33.* Etiam hoc osculum denotabat cognationem spiritualem, quæ ministro



DESIDERIA.

14  
5

nistro cum baptizato intercedit. *Tertull. de veland. Virgin.* Etiam coronam capiti baptizatorum impositam fuisse, tanquam lætitiæ & amoris symbolum, Regium & Sacerdotale insigne, commemorat, *Tertull. de corona militis.* Ac in signum victoriæ, juxta *Nazianzen. Orat. 23. in laudem Heron.* Colligimus hinc, quàm reverenter & doctè de baptismo ejusq; effectis, senserit veneranda Antiquitas. (5) Ah! quot hîc habemus Simoniacos, qui impios Patrinos divites propter denarium invitant; & Epicuros, qui (6) de saginando ventre magis, quàm de regeneratione infantis sunt solliciti: & vino ac cerevisiâ madidi, non amplius cogitant, quid Dominus fecerit infanti in peccatis concepto. Nec quisquam (7) novis Christianis omnium peccatorum condonationem gratulatur, sicut olim eos cantu post baptismum prosequebantur, ut habet *Niceph. l. 3. c. 37.* & noviter circumciso Jesu Christo assurrexisse Simeonem & Hannam legimus *Luc. c. 2.* (8) Cujus rei læcræ contemptus indicium est, ipsum blasphemum nomen *Rindelbier* huic sacramento à vulgo inditum. (9) Hæc Susceptorum impietas replet mundum nequissimis hominibus, ut verè vaticinatus est *B. Lutherus* in der Vorrede seines Tauffbüchleins: Ich besorge/ daß darumb die Leute nach der Tauffe so übel gerathen/ daß man so late vnd lässig mit ihnen umgegangen/ vnd so gar ohne Ems für sie geben hat in der Tauff. (10) Quæ sit inter Patrinos spiritualis cognatio, abunde jus Canonicum testatur, quo ejus studii amantes remitto.

VII. S. Cænæ sacramentum apud nos in suo esse, se rectissime hæbet, sed ut majori cum reverentia & fructu perciperetur à communicantibus, malle: Non (a) dissuasero, si Eucharistiam percepturi omnes, erecto corpore stantes, manibus in crucis signum complicatis, attentè observarent verba publicati sacratissimi illius Testamenti: Et (b) Symmista, totam orationem Dominicam cum laudatissimo epilogo, Tuum est regnum, potentia & gloria in secula seculorum *Matth. 6. 13.* tacente coetu, recitaret. Utinam (c) durante Missâ, canerentur non nisi hymni Eucharistici convenientes, & potissimum Psalmi passionales, Est enim hæc Cæna in commemorationem mortis Christi instituta.

Et



Et si sic, uti in nostris *Agendis Ecclesiæ*: clare præcipitur, (d) quo prætextu excusari cantiunculæ exultatoriæ, & instrumentales ludi poterunt, quos rogatu sponsi in sponsæ communicantis honorem, vel viri alicujus primarii, Musici publ. adornare solent? Congruè in antecessum (e) illud quisquam proclamaret: sancta sanctis, & sursum corda! seu Trifagion, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Zebaoth, repeteretur: sicut in non-nullis Ecclesiis apud Evangelicos fieri, inter peregrinandum observavi. (f) Hostiæ, quæ distribuuntur, justò graciliores & tenuiores sunt, ita ut vix communicantes sentire possint, frustalium panis se comedis. Unus Figulus N. N. hujus nostræ Parochiæ, reservat illam ferream per vetustam formam, in quâ omnem panem azymum, ad sacrum hunc usum destinatum, per totam propè hanc Provinciam, & magnam vicini regni Daniæ partem solus adornat. Sed quia ad hæc hactenus non attenderunt, quorum maximè intererat, hic civis cum antecessoribus, à quibus formam hanc hæreditario jure habet, hostias has rarioris molis formavit. Ut (g) reliquum vini consecrati in calice, durante Missâ, pane non sumpto, in populî conspectu, Sacerdos ebibat, sicut alicubi fieri assolet, haud suaverim; habet enim id aliquam speciem communionis sub unâ: Vti nostrates idè virgulâ censorea notat *Nibysius in annot. prima ad Leon. Allat. à dissert. de missa præsanctific. in fin. pag. 1614.* (h) In *Cypriano* legimus, *Histriones in primitiva Ecclesia suspensos fuisse à S. Cœna B. Luther. in Coll. mensal. hac habet p. 254. Da kein Knaben war / waren alle Spieler verboten / also daß man die Kartenmacher / Pfeiffer und Spielleute nicht ließ zum Sacrament gehen.* Quibus accenserî posse puto, homines otiosos, cauponarios, puros puros: Criticos cum usurariis, qui omnes vivunt ex sudore pauperum: fumo & sono. Nec habent pro scopo DEI gloriam, utilitatem & necessitatem proximi. (i) Communicantes antequam accumbebant, mutuos inter sese complexus & oscula impertiebantur: Unde hi dies, quibus Eucharistiam sumpsissent, vocabantur dies lætitiæ, dies festivi & solennes, juxta *Albassinum Episc. Ayrshan. de Vet. Ecclesi. ritibus lib. 1. observ. 12. & 15.* nunc verò plurimi ruunt



ruunt in sacra hæc epula, hostili animo, & torvo vultu. (k) Quod tres regulas, communicaturis litigantibus in foro à Sacerd. proponendas, attinet, de quibus in *Agendis Eccles. p. 230.* puto illas ex mente statuentium, de actionibus potissimum civilibus, realibus, non injuriarum personalibus intelligi debere, foret namque aliàs contradictio in adjecto. Et ne quidem de civilibus suscipiendam facile declarationem talem, absente & inauditâ litigante parte alterâ, aut reconciliationem haud tentatâ. Etiam attendendam hic puto vim vocis, *Christliche Leute. im S. Zum Dritten.* Inter (l) Christianos primavos, qui simul de S. Synaxi participarant, tam arctum amicitiae vinculum nesciebatur, ut id gentilibus suspectum esset. Nam pro altero mori communicantes fideles parati erant. Illi (m) finito hoc sacro epulo, invicem Cœnam Agapen, à mutuo amore dictam, adornabant. De quâ laudabili consuetudine hæc habet *Chrysostomus 1. Cor. 11. cap. Homil. 27.* stans diebus mensas faciebant communes, & peractâ Synaxi, post Sacramentorum communionem, inibant convivium, divitibus quidem cibos offerentibus, pauperibus & qui nihil habebant etiam vocatis, & communiter vescentibus. Hujus autem ne mica inter modernos Christianos apparet; singuli communicantes (n) mox à sacrâ hac Cœna recedunt, unusquisque domum suam repetit, nec memor est amplius ejus, qui cum ipso de eodem sacro pane participârit. Multi lites, eo die intermissas, postridiè multò majori cum hostilitate quàm ante reassumunt. Ne (o) quid dicam de summâ lætitiâ, quâ ex Eucharistiâ susceptâ, prisca complebantur, ut reperti sint, qui eâ sumptâ mox ad martyrium quæ impotentes lætitiæ, ultrò se offerrent.

VIII. Nummus confessionarius parit inter Collegas (1) sæpe invidiam, & excæcat quandoque Ministrum, (2) rectius concordia servaretur, & circumspectius consentientium vulnera sanarentur, si (3) quilibet pœnitentium se non uni certo pœnitentiario sifteret, sed coràm Collegis, in uno loco congregatis, compareret, & (4) opulentiores munus suum ad pedes eorum indiscriminatim deponerent. Quod enim uni Sacerdotum non in mentem venit, id



tunc alter monere posset. Si (5) quilibet confitentium nomen suum aliquot diebus ante profiteretur Confessionario, rectius feruus DEI cuiusvis vitam omnem examinare posset; eum verò ex improvviso irruant plurimi in sacrum hunc locum, superficialiter medela adhibetur. (6) Nec binæ tresve horulæ tot peccatorum sanationi destinatæ, (7) die profesto, (quod vult *Ord. Ecclesi. p. 151. 164. a.* ubi defatigatur miser sacerdos, qui intentus concioni crastinæ,) sufficiunt nec aptæ satis sunt, ad hoc gravissimum munus ritè obeundum. (8) Quid si parochiæ quævis, ex communi Ecclesiæ placito, in XII. Circulos divideretur, cuius incolæ successive, eodem tamen tempore ad S. Cœnam accederent? exceptis gravidis, peregrinis, afflictis &c. quibus semper ad hæc sacra, aditus patet. Nonne multi contemptores mysteriorum DEI, per hoc placitum ex latibus traherentur, & Pœnitentiarius semper præscire posset futuros Convivas S. hujus epuli? Quod Consilium *Sarcerio & D. Völschovio in Aur. Piet. Seculo* valdè placet, idq; urgent. Unum adhuc necessariò hic monendum duxi, (9) in communi formulâ pœnitentiali, quâ propè omnes hujus Provinciæ Incolæ verbotenus uti solent, desidero alteram & præcipuam pœnitentiæ partem, explicitam nempe fidei in Christum professionem, cuius perfunctoriè, & quidem unicâ solùm hac, vulgo minus intelligibili, voce, *Agenda p. 222. b. Komme derothalben in der Zeit der Gnaden* sit mentio. Hinc fit ut simpliciores nesciant, per vulnera Christi & ejus justitiam nobis peccatorum condonationem impertiri. Si confessionis formula 'perfecta & accuratior in *Agend. Ecclesi. p. 225.* expressa, apud omnes introduci posset, rectius pœnitentibus consuleretur. (10) Ante multos annos Rostochii & in viciniâ Flaciani reperti fuerunt, quorum Confessio disseminata inter alios, recitatur incogitanter adhuc à multis: *Unser Natur und Wesen ist verdammlich*; &c. sed quis de his formulis abolendis est sollicitus?

I. X. Olim (a) Christianorum liberi Baptismo initiati, quia fidei Confessione ipsi apud Ecclesiam tunc defuncti haud erant, ineunte adolescentiâ publ. repræsentabantur iterum à parentibus, s. illorum locum tenentibus, patrinis s. sponsoribus, ab Episcopo examina-



examigabantur, secundum receptam ejus temporis Catechismi formulam. Tandem factâ manuum impositione, cum solenni benedictione, puer fide suâ approbatâ, dimittebatur. Hæc laudatissima Ecclesiastica disciplina, si hodie valeret, profectò parentum & susceptorum multorum cura acueretur, qui liberorum informationem q̄s. rem nihil ad se pertinentem securè negligunt, quam tum sine publ. turpitudine omittere non possent. (b) Major esset in orbe Christiano fidei consensus, nec tanta plurimorum ignavia, non ad eò temerè multi heterodoxis dogmatibus abriperentur. (c) In peculiari libro, Patrini nomina suorum spirituum liberorum consignata habere deberent; requireret enim DEUS cœlestis Pater ab iis, in judicio extremo, rationes administrati officii, quorum sedulam curam se habituros, sanctè in baptisterio promiserant. (d) Delicatulae matres, plusquam dimidiatum matris nomen, conjunctum sæpè cum infanticidio, transferunt in meretricem, fortassis nec corpore salubrem, cui pluris est paucillum pecuniæ, quam totus infans tuus. (e) Nam conductitiæ hæ mulieres, crudeliter proprium infantem, adhuc ab ipsis rubentem, earumq; auxilium eâ voce implorantem, quæ movere dicitur & feras, exponere audent ad alendum vetulæ alicui, quæ non assveta amplius infantulorum educationi, mox duriorum cibum corpusculo molli ingerit, & adigit, ut in cunis animulam ante tempus exhalet. Talia plurima infanticidia hic committuntur, nec Magistratus, nec deserrices ad ea obstupescunt. Sanè opulentiorum liberi substituti, hujus mortis rei evadunt, quia fugunt lac surreptum, destinatum liberis naturalibus. Quomodo mundum depravatis hominibus repleat hæc meretricum lactatio, eleganter *Erasm. in Colloq. de Puerperâ p. 265.* his verbis exprimit: Si tota mater esse vis, cura corpusculum infantuli tui, quò, posteaquam sese explicuit ex vaporibus, mentis igniculis bonis & commodis organis utatur. Quoties audis puerum vagientem, crede illum hoc abs te flagitare. Cum vides in pectore duos istos veluti fonticulos turgidos, ac lacteo liqore vel suapte sponte manantes, crede naturam admonere te officii. Alioqui, cum infans jam fari meditabi-



tur, ac blandâ balbutie te mammam vocabit, quâ fronte hoc audies ab eo, cui mammam negâris, & ad conductitiam mammam relegâris, perinde qf. Capræ aut Ovi subjeciffes? Ubi jam erit fandi potens, quid fi te pro matre vocet femimatrem? Virgam expedies opinor. Atqui vix semimater est, quæ recusat alere, quod peperit. Potior genituræ pars est, nutritio teneri puelli. Aliatur enim non solum lacte, sed & fragrantia materni corporis: requirit eundem liquorem jam notum & familiarem, quem hausit in corpore, & unde coaluit. Atque ego quidem in hac sum sententia: ut existimem, in pueris, ex lactis natura, & indolem vitiari, non aliter quam in frugibus & plantis terræ succus mutat ingenium ejus quod alit. An putas temere vulgò dici? iste malitiam cum lacte nutriticis imbibit: Ne illud quidem, opinor, quod à Græcis dici solet: ut nutrices! cum significant aliquem malè pasci. Paululum enim præmansi in os inferunt infantis, maximam partem deglutiant ipsæ. Proinde ne peperit quidem, quæ, quod enixa est, mœx abjicit. Ist hoc enim abortire est, non parere, & in tales fœminas mihi competere Græcorum videtur Etymologia, qui μήτηρ dici putant, à μή τηρεῖν h. e. à non servando. Nam prorsus conductitiam nutricem infantulo adhuc à matre repenti, adsciscere, genus est expositionis.

X. Potissimam partem Ecclesiastici officii esse (r) informationem Catechetica rudiorum, non solum fatetur *B. Lutherus in Pref. Catech. germ.* sed ipse hunc laborem summâ curâ ac sollicitudine in se suscepit, idq; ad exemplum summorum in Ecclesiâ Doctorum *Herma*, qui teste *Euseb. l. 3. c. 3.* Elementares Ifagogas scripsit, in quibus Pastoribus tradidit certam formam, juxta quam principia fidei Catechumenis proponerent. *Pantæni, Alexandrinæ Scholæ Rectoris, Euseb. l. 5. c. 10.* *Clementis Alexandrini*, qui tres libros Pœdagogi dictos scripsit, ut apparet ex ejus libro 3. *ἐπιμύτων*. De quo *Hieronymus in Catal. script. Eccles.* ait: *Clemens, Alexandrinæ Ecclesiæ Presbyter, Pantæni auditor, post ejus mortem Alexandriæ Ecclesiasticam Scholam tenuit, & κατηχησέως* magister fuit. *Cyrilli Hierosolimitani*, qui undecim dicitur Catecheses adornasse. *Augustini*



gustini in Homil. is de Catechizandis rudibus. Origenis, libris *αὐτῶν* &c. Propterea quoque potissimum visitatio Ecclesiarum in Concil. *Tarraconens. can. 8.* & *Toletano. can. 3.* Episcopis à Conciliis injuncta, ne hoc genus doctrinæ negligetur, quod etiam adusque Gregorii Magni tempora fuit in perpetuâ observantiâ. Nunc vero (2) Diaconis noviter ad sacerdotale officium vocatis, nullâ adhuc experienciâ, reverentiâ & auctoritate imbutis, hoc catechizandi munus committitur. (3) Episcopi hoc summè necessarium studium ad se haud pertinere putant, & hæc puerilia à novitiis imberbibus minitris sufficienter tractari posse, sibi persuadent. Hinc fundi nostri calamitas! (4) Pædagogi nostri semper chordâ oberrant eadem, nec in certas classes redigunt discipulos: qui durum cibum concoquere possunt, illis solùm lac præbent. Nec ipsi callent sacras literas; homines plerumque rudes sunt, qui extra Catechismum nil sapiunt, quomodo E. aliis proponere possunt, quæ illi ipsi ignorant? hi sunt hortulani Ecclesiæ! (5) Appellamur Augustinæ Confessionis Socii, & magnum nobis à Pontificiis imminet periculum; verum in his terris, nec publicè nec privatim hæc publ. Confessio pueris inculcatur, quasi verò in gratiam Eruditorum solùm edita fuisset. Symbolum Athanasii hanc severam adhortationem in fronte gerens: *Wer da wil seelig werden, der muß für allen Dingen den rechten Christlichen Glauben haben/ diß ist aber der rechte Christliche Glaube.* &c. non, uti in Ecclesiis superioris Germaniæ fit, ipsâ Trinitatis feriâ verbotenus recitatur, sed altum ejus in nostris publ. Ecclesiasticis congressibus est silentium. (6) Nusquam reperies Catechizans & mulierculis integra Biblia ad legendum proponi: quæ cum pro concione audiunt allegari, nesciunt sæpe, num vir, vel liber, fuerit citatus. Disputamus acriter contra Pontificios, à Scripturæ S. lectione Laicos arceri haud posse, nec tamen eam iis inculcamus; quo sc. ordine se invicem Testata & S. libri excipiant, quod sit cujusvis libri argumentum, ad quas regulas bonæ interpretationis lector attendere debeat. De his Laicus nihil unquam audivit. Ubi nunc sunt Beroënses, qui Conciones ad Scripturam, velut lydium lapidem examinent? Ir-



ruent sanè tenebræ papales, ubi Scriptura post siparium latitat, ne  
 pateat orbi Christiano, quàm foeda sit ejus facies, & quàm dispar  
 illi, quæ esse deberet secundum DEI verbum. Ibi Andreas Ca-  
 rolstadius fuit octo annorum Doctor, cum ad Scripturarum lecti-  
 onem accederet. Et tamen, cum circa annum 1510. in Academiã  
 Wittebergensî pro Licentia disputasset, Actis Academiæ insertum  
 fuit hoc elogium, quod fuerit sufficientissimus. Multi Sorboni  
 agnovèrunt, imò jurârunt per diem, se plus quàm 50. annos habu-  
 isse, ac nescivisse quid esset N. Testamentum. Quæ ipsorum for-  
 malia refert *Rob. Stephanus. Luther. de seipso*, ut adhuc Pontificio  
 fatetur: *Da ich 20. Jahr alt gewesen/ habe ich noch nicht gewußt/ was die  
 Bibel sey/ bis ich sie erstlich in Erfurt angetrossen. Bis dato habe ich ge-  
 meinert/ das Evang. und Episteln sey nichts anders/ als was in den Postillen  
 davon stünde.* Nos verò lucem candelabro imponamus, ut illam  
 omnes videant & illuminentur. Reducamus tempora prisca, uti  
*Chrysost. in Gen. Hom. 7. & apud Euseb. lib. 6. c. 15.* ubi invitârunt lai-  
 cos ad Biblicam lectionem. *Erasmus fatetur in Præfat. super opera  
 Origenis*, illis temporibus Linteos & Sarcinatrices libros Biblicos  
 evolvere, & expedite Scripturæ classica dicta, ad confundendos  
 fallarios, adhibere potuisse. Inter nos verò indocti obmutescere  
 coguntur. Habuimus hîc rusticos Anabaptistas, nisi solum citò  
 mutassent, Cives nostros propter ignorantiam biblicam facile  
 à veritatis cœlestis tramite abduxissent. (7) Habemus Corpora  
 Doctrinæ Christianæ, interrogatis variis & responsis repleta, ad  
 quæ verbotenus ediscenda juniores adiguntur, interim, quando  
 quæstionem paulò aliter ac in libro scripta est, formamus, quid  
 respondeant, planè ignorant. Sin verò nudas solùm quæstiones  
 Catecheticas typis exscribi mandaremus, omisâ responsione,  
 quam ore tenus Catecheta iis sedulò inculcaret, rectius Theologiæ  
 elementa discerent, & perpetuò ex ore Ministri verbi depende-  
 rent, quod fieri vult meus B. Patens Superint. Eccl. Rostoch.  
*Author des Ministerii Ecclesiastici in Rostock. Bedencken / wie in  
 dem Catechismo die Kinder und Einfältigen zu unterrichten.* Editi Rost.  
 An. 1646. Utinam omnes Catechetæ adhuc strictè illis præceptis  
 inhærere.



inhærent, & haberemus nunc plures Timotheos, à teneris exerci-  
tatos in lege DEI. (8) Sed tot prope adornamus Corpora Doctri-  
næ & Catecheses, quot Ecclesiæ parochiales reperiuntur, cum ma-  
gnâ imbecilliorum confusione. Parentes laici aliis formulis Ca-  
techetis affveti, liberos, novis alicujus Catechetæ præceptis im-  
butos, informare, & se invicem exercere haud possunt. (9)  
Olim ad unum omnes Symbolum Oecumenicum remittebantur,  
nec in dogmaticis in verba cujusvis Magistri jurabant, ut nunc ar-  
rogantes id desiderant Magistri. In elapso Seculo omnes con-  
tenti erant Dialecticâ & Loc. Comm. Philippi, unde & commu-  
nis German. Præceptor appellabatur. Ex novis enim libris novæ  
emergunt difficultates; ne quid dicam de magis lumpyibus qui  
requiruntur ad hos libros omnes coemendos. Audite *Eccles. c. 12.*  
12. (10) Parentes, Studiosis carnalibus, ad informandum puel-  
las committunt, quarum nonnullæ ab iis stupratæ sunt. Quæque  
intermixtæ pueris, cum illorum pudenda vident, non parum scan-  
dalizantur. Qvondam autem puellæ non nisi à Diaconis suis seor-  
sim instituebantur.

XI. Juxta *Ordinarium Romanum, editum Romæ An. 1491.* & alia  
Ecclesiarum Papisticarum Agenda (1) Sacerdos agonizantibus  
sequentes proponit quæstiones. Ibi rogat Sacerdos agrotum:  
Gaudesne te mori in fide Domini nostri J. Christi? Resp. Infirmus,  
gaudeo. Pergit Sacerdos, credisne quod Dominus noster J. Chri-  
stus DEI Filius pro te sit mortuus? Resp. Infirmus, credo. Sacer-  
dos, agisne ei gratias? Infirmus, ago. Sacerdos, Credisne te alio  
modo salvari non posse, quam per mortem Christi? Infirmus,  
Credo; Sacerdos, Credisne non propriis meritis, sed passionis  
Christi virtute & merito ad gloriam pervenire? Infirmus, Credo.  
Sacerdos, Credisne quod Christus pro salute nostrâ mortuus sit, &  
quod ex propriis meritis, vel alio modo nullus possit salvari, nisi  
in merito passionis ejus? Infirmus, Credo. Sacerdos, Age E. o-  
mnem fiduciam tuam, quamdiu erit in te Spiritus, in hac solâ  
morte colloca, nec in ullâ aliâ re Ipem pone: si Dominus te velit  
condemnare, dicas: Domine DEUS, mortem Christi pono inter  
me, &



me, & iudicium tuum, & meritum illius, loco meriti quod ego miser deberem habere, & non habeo. Dic iterum, Domine in manus tuas commendo Spiritum meum. His ultimò subijcit Romana Ecclesia, securus mori, qui hæc ante mortem confitebitur, non videbit mortem in æternum. (2) Nos autem solemus ab ægrotantibus & vix Spiritum amplius trahentibus solum requirere Confessionis usitatam formulam, quam memoriter recitant sæpe sine sensu & attentione, propter mortis imminentis periculum. Hac labiali Confessione contenti, à peccatis eos mox absolvimus, & Corpus & Sangvinem Domini in S. Cœnâ iis porrigimus, eosq; discessuri, in manus Domini commendamus, & sic mortuos, beatos pro Concione pronunciamus. (3) Cum tamen circa ultimam horam mortis prodeat vigilantissimus animæ nostræ hostis, & summa, quæ pollet, industria, extrema, quibus nos superare valeat, adhibet stratagemata, satisq; compertum habet, quem illâ horâ perdidit, semper perdidisse. Dum igitur Sacerdos cui cura animarum commissa, advertit ovem concreditam in evidenti periculo constitutam, omni sollicitudine ei suppetias ferre, idq; cœlitus desiderare debet, ut animæ, DEI manibus resignentur, cujus manibus conditæ fuerant. (4) Hoc autem rectius fiet, ipseq; de salute suorum certior evadet, si cuivis graviter ægrotanti sequentes quæstiones proposuerit, ad quas agonizans verbulo vel externo corporis indicio, manus elevatione vel capitis inclinatione respondeat.

1. Mi Frater, vel mea Soror in Domino, cum baptizatus fuisti, & foedus gratiæ tecum DEUS pepigit, sanctè promisti te credere velle omnia, quæ comprehenduntur in Symb. Apostolico. Estne hæc tua constans adhuc & perpetua sententia? Resp. Infirminus, Omnino.

2. Annon magis doles, quod DEUM peccatis origin. & actualibus, & in officio commissis, per integram vitam offenderis, quàm quod corpus tuum variis cruciatibus affligerit? *Ord. Eccles. p. 234. b.* Resp. Infirminus, Sic.

3. Nosti peccata non condonari, priusquam ablata restituta fuerint,



fuerint, ane ergo aliquid mali adhuc in sinu geris? esne iniquus rerum alienarum possessor? Num odio prosequeris quenquam, quo cum nondum ingratiam Christianè redieris? Resp. Non.

4. Numquid speras te salvandum unicè per meritum, obedientiæ vitæ & mortis Christi? Resp. Omnino.

5. Annon protestaris, te divinâ succurrente gratiâ non consensurum dæmonis, mundi ac carnis tentationibus, quas tibi suggerent in horâ mortis, sed potius te Christo fidelem mansurum usque ad mortem? Resp. Ita.

6. Quia DEUS per totius vitæ curriculum tibi infinita exhibuit beneficia, quibus ii haud gavisi fuerunt, quos ex improvise mors æterno Judici stitit, Visne E. ei, quamdiu Spiritus hos regit artus, gratias agere? idq; declarare piâ eleemosynâ erga Christi pauperes? Et lubenti animo acceptare mortem è sanctâ DEI manu? Resp. Decumbens, lubentissimè. His peractis, recitet Concionator Psalmos Eucharisticos: Post agrum divinæ commendet protectioni, per usitatam benedictionis formulam Num. 6. DEUS a Pontificios puniet, qui ad desperationem adigunt multos, scrupulosissimâ requisitâ Confessione, & satisfactione moribundo impositâ, quâ illorum Societas, non verò moriturus locupletatur. (5) Porrò, scimus homines ab invicem in vitâ & morte multum discrepare; interim tamen indifferenter pro rostris, multis in crustati titulis, beati cum atavis & tritavis pronunciantur, etsi pessimi fuerint. Propinqui inter concionandum obdormiunt, usq; adeò, ut ferram collo reciprocent; cum v. ad Personalia devenitur, tunc somnum ex oculis excutiunt, surgunt, & accuratè attendunt, ne laudes defuncti ullas, vel aliquem ex antecessoribus intermittat Orator Ecclesiasticus. Hæc ostentatio displicet Paulo Tit. 3, 9. stultas quæstiones & genealogias, cohibe: Sunt enim inutiles & vanæ. Habemus, (6) Cantores, qui semper easdem nantias canunt, cum offendiculo multorum, non attendentes ad vitam transactam ejusq; ἀνάλυσιν, sed ad nummos, quos ditati hæredes in sinum eorum effundunt. (7) Taceo horarias preces, quas adolescentes & puellæ, vigiliis agitantès promiscuè circa Sarcothecam, in domo lu-



etūs genubus flexis, adhibent, & mox vicissim profiliunt ad ludicra & carnalia exercitia. Quæ intemptiva joco seria procul à piis abesse debent. (8) In nonnullis urbibus, dum ad patibulum peccatores educuntur, in omnibus templis datur signum companâ, ut cuncti incolæ in genua prolapsi, pro miseri hujus conversione verâ, precibus apud DEUM intercedant. Etiam (9) Scholares ordine præcedunt, ac in viâ ad supplicium canunt funebres cantiones. Hæc pia sunt, & ab omnibus bonis amplectenda.

XII. Clericorum manus latè se diffundit: (a) præter docendi munus, administrandi Sacramenta, ordinandi Ministros Ecclesiæ, potestatem habent in Ecclesiæ adificationem canones condendi de Ceremoniis, & alijs, id genus, ut omnia in Ecclesiâ decenter ac ordine fiant. Deinde jurisdictionem aliquam spiritualem, & coërcitionem habent, ut Oeconomi in domo Domini: nam absque (b) disciplinâ, munus suum tueri nequeunt. Ea autem disciplina duplex est, una Cleri, altera Populi. Clerum communiter judicat inter Protestantes vel Episcopus, vel Consistorium, vices Episcopi tenens, ad id potissimum institutum, ne servis Jesu vis & injuria ulla à secularibus inferatur. Consistorialibus injunctum est, ut quàm maturrimè absque processu chartaceo, litem Sacerdoti intentatam terminent, ne per has scandalosas & prolixas contentiones cœtus sanctorum dânnum sentiat. At praxis moderna Consistorialis longè aliud quid dicitat; nec aliud Juri Consistoriales svadere poterunt, sunt enim in hac sententiâ, hic, uti in foro soli, Justitiam administrari haud posse, nisi processus, à Gregorio in secundo libro Decretalium præscriptus, observetur: Cùm tamen scire deberent, Clericis Sathanam potissimum insidiari, eosq; calumniis & obrectationibus præ reliquis esse obnoxios; esse igitur in illorum accusationibus audiendis longè maximâ cautione opus, uti T. B. notat in 1. Tim. 5. v. 19. adversus Presbyterum accusationem ne admittito, nisi sub duobus aut tribus testibus. (c) Populi disciplinam Ecclesiasticam quod attinet, Sacerdos jus habet populum sibi commissum corripere.



corripiendi castigandiq; , & à sacrâ communionē arcendi per Ecclesiasticam censuram , ob grave sc. delictum & contumaciam. Quæ potestas nihil detrahit imperio Magistratûs , is enim nihilominus coercere , & legitimis suppliciis delinquentes afficere potest. *D. J. Stephani lib 3. de juridict. c. 2.* docet: animadversionem Ecclesiasticam Cleri in Laicum , non evertere jurisdictionem civilem. Licet autem vix umbram disciplinæ & Ecclesiasticæ censuræ amplius in manibus habeamus; nec dum tamen Politici contenti sunt, sed volunt, ut indifferenter omnibus manus imponamus, & pro Concione non nisi generaliter vitia taxemus. Sacerdotem clave ligante quandoque utentem, manent tot odia, maledictiones vulgi & insidiæ, ut nil supra! Pudefacit sanè hos libertinos omnes Constant. M. verbis, quibus allocutus est Episcopus Concilii Nicæni: DEUS vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque judicandi. (d) Ego quotidianis suspiriis desidero ac opto, in singulis oppidis, parochiis & pagis, Collegia Ecclesiastica, ex Sacerdotibus & nonnullis senioribus Laicis, doctrinæ & sanctitatis nomine conspicuis, collecta: quos jam olim consultationibus Ecclesiasticis adhibitos fuisse, præter Scripturam Act 15. ipsum Jus Pontificium statuit. C. futuram 12. q. 11 c. nos ad finem 96. dist. c. si quis ingenuus 29. q. 2. c. Adrianus. 2. 63. distinct. Ad hos Sacerdotum adjunctos s. morum Censores in rebus dubiis & difficilioribus, Presbyter refugium sumere, Consilium & auxilium ab iisdem rebus in angustiis petere possit. Huc quoque jam satis afflictus Sacerdos, contumaces traheret commode, ut communi Ecclesiæ nomine in eos statueretur, quod justum foret, ne omnis culpa, ut fieri assoler, unice in verbi Ministrum devolvatur, nec amplius apud malevolos & profanos accusetur tyrannidis, malitiæ, & turpis inscitæ. Simile quid nisi citò adornabitur, brevi inter nostrates concutietur hic sacer Ordo, & frustra perversorum hominum conversionem obtinebimus. Ad hoc enim asylum remittit servos suos summus Sacerdos J. Christus Matth. 18. quando ait: dic Ecclesiæ. Habet quidem Oeconomus mysteriorum DEI, inconsultò Senatu Ecclesiastico, potestatem



tem à sacris indignos arcendi; sed cum humani quid patitur, à Collegis quandoque deseritur. Ubi enim nunc reperiuntur *Chrysofomi* similes, qui *hom 83. in Matth.* meticuloso Compresbytero hoc alloquio cor addidit: Quod si ipse pellere indignos à mensà Domini non audes, mihi dicas, non permittam ita fieri. (e) Quod in quibusdam Helveticis urbibus in usu habent, ubi in quavis plateâ, ex Civium piorum numero certi Seniores ab Ecclesiâ constituti reperiuntur, quibus concessum intrare vicinorum domos, visuri quid agant; quique coguntur adigere in publico loco blasphemos & temerarios nominis divini profanatores, ad peccati commissi repentinam agnitionem & deprecationem; simile quid exulat è nostrâ Provinciâ. (f) Quamdiu autem ex coetu sanctorum nullus nobis assistit, nec alter alterum in foveam peccatorum prolapsum extrahit, sed omne hoc onus unicè Sacerdotum contemptibilem humeris imponitur, non erit speranda seria temporum in melius emendatio. Unde & in hæc suspiria *Superint. Sarcerius* erumpit: Die Kirche ist nie also ohne Disciplin / Kirchen-Zwang und Kirchen-Strassen gewesen / als eben nun / in diesen letzten Zeiten / darin wir Kirchen-Diener mehr gedenccken / wie wir den Menschen gefallen / und ihre Gunst haben &c.

XIII Pontificii in hunc usque diem (1) contra Turcas & Judæos non tanto flagrant odio, quanto contra nostræ religionis Orthodoxæ Socios; illi enim splendidissima templa, illorum sumptibus quondam exstructa, à nostratibus autem jam occupata, invidis oculis intuentur: nec minus agrè ferunt Ecclesiastica bona ab iis quondam acquisita, apud Evangelicos in profanos converti usus, & per parum de iis elargiri dispensatoribus mysteriorum DEI. Israelitis ex captivitate Assyriacâ reversis haud absumiles, qui contra Samaritanos odio in extingvibili flagrabant, propterea quod occupassent illorum urbes & agros, nec iis prisca bona restituere vellent. Certè Papisequæ datâ occasione (2) à religione suâ dissentientibus non servaturi esse videntur fidem, quicquid etiam in Pragmaticis constitutionibus, ac Imperii Capitulationibus s. rescriptis, promissum fuit. Contra hæc enim omnia



omnia Papa semper protestatus est; & in illà adhuc sunt sententià, nullum competere jus Majestati circa sacra (3) Certè Pontificii hi, nullà planè attentà ratione (debilitatis prius Lutheranis eorumq; Regibus; qui jam, proh dolor, in mutuum exitum cum præsentissimo Ecclesiæ damno ruunt, ad quæ dissidia frigidam suffundunt,) reposcent omnia bona Ecclesiastica, ad ultimum usque teruncium. (4) Utinam Potentes nostri in singulis Provinciis, de pretioso hoc auro Tholosano, unum saltem prædiolum, ceu peculiare asylon, advenis ex Papatu decernerent, ubi in verà religione informari, & liberaliter sustentari possent. Qui hæc per fas nefasq; Ecclesiæ acquisiverant, & à quibus habemus hæc omnia, illos fame interire sinimus, cum ad nos veniunt, & cum esurie ac inopià aliquandiu confictatos, ad claustra Monastica repetenda desperabundos adigimus. (5) Salaria Ministrotum Ecclesiæ & Scholarum in Urbibus, nil nisi usuræ sunt, extortæ per durissimas exactiones, hoc calamitoso præsertim tempore, qui rectius, ex prædiorum fructibus, liberalioribus collectis Ecclesiæ & Decimis alerentur. (6) A quo tempore stipendio publico Scholarum Doctores non contenti, sed Accidentibus ac sportulis opulentiores manus eorum repleverunt, pauperum filii præ alijs, licet ingeniosiores, ab iis neglecti fuerunt. Inde quoque factum, quod multi inopes ad Scholas publicas suos mittere haud poterint. Accidentia publ. Ministris concessa, excœcant eosdem. (7) Quia autem in tempora periculossissima nos DEUS reservavit, nec satis tuti sumus præ barbaris, qui invadent terras hæc, & multos secum abducent in peregrinam terram, ubi eruditio nulli æstimatur; ideò haud dissuaserim, si unusquisque honestam artem, unà cum Scientià Theologicà à pueritià addisceret. S. Paulus suo exemplo idem nos docet. *Sveigerus* tateatur, se Antiochiæ Patriarcham, manicas ad quæstum artificiosè texentem, offendisse. Et pl. sacros homines mechanica tractasse, notat *Zwingerus Theat. Vol. XXI. p. 3794.* Nisi dicto audientes eritis, mementote mei, cum hæc mala, quæ præflagit animus mihi, subito vos obruent. Attendite ad legem Rabbitorum Semaharæ, Abthalionis & Gamalielis: qui studia le-



dia legis sequi volunt, nec sumptus tamen ferre possunt, ut in ocio literario vivere valeant, exercendâ arte aliquâ sese alant; cuius etiam in Philosophia Græcorum exemplum fuit Cleantes. (8) Mei in Christo Commilitones omnes, per vulnera J. C. vos rogo, vigilate, ut in tempore modus sistatur profusioni Sangvinis fratrum nostrorum; Aliâs mox nobiscum actum erit, & fores patebunt Pontificiis ad omnem in nos exercendam crudelitatem, tunc & multi nostratium à fide verâ recedent præ metu! O reposcet DEUS à nobis ovile suum! Papa omnem movet lapidem, ut inter Gallum & Hispanum orta Dissidia componat: Quæ autem Ecclesia pacis Consilia, summo ardore ac pietate, Regibus Orthodoxis suggerit, qui in mutuam fratrum lanienam prolapsi sunt? Sicuti B. *Lutherus* Epist. ad pacem ineundam, Saxon. Duces incitavit Tom. 8. Jen. Germ. p. 40. Ubi manet Sympathia membrorum ejusdem corporis mystici?

X I V. Nihil usitatus in conviviis lautioribus, quàm ut sub Cœnâ secundâ (a) sine verecundiâ bibant maximi & imi Sotera, & haustu vini fraternitatem bibulam ineant. Quam stultitiam ignorârunt prisca Christiani ac Ethnici. (b) In septem Sapientum Græciæ conviviis, apud Plutarchum, legitur invitatio, quæ alteri Quid, Quando & Quantum lubebit potestatem relinquit. An. Christi 1548. tit. *Don Zurincken* fol. 57. In Augustanis Comitibus, præcipitur Principibus, Patribus familiâs, ut domi propinatione omni abstineant ipsi, aliosq; abstinere faciant: Parochis item, ut eâ de re populum in Concionibus doceant: Lex hæc repetita est. An. 1551. & 1559. Cùm verò nunquam executioni demandata, haud attentâ hæc Imperiali constitutione, pl. in magnatum aulis ac urbibus Sardanapali vitam vivunt. Qui in Principum Sanitatem bibunt, iis *Ambrosius de Elia cap. 17.* his verbis contradicit: O Stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant! qui æstimant illum ebrietate placari, qui jejunium præcepit. Princeps ubi ægrotâro, me haud curabit, pro cuius jam sanitate bibo. *Chrysost.* scribit: quanto ebriosis melior bestia, non ultra necessitatem bibens? Quare non etiam ad edendum æqualiter



liter cogimur? licetne mihi ad poculum hoc grande ebibendum Christum adseiscere Socium? licet, dicat Hospes. Bibat E. infert alter, qui ante januam Mendicus est: vel dicamus propinanti, nobis, quam Medico demus, pecuniam, non esse. Homo vino madidus, irrationali bruto haud absimilis, non attendet ad ulla rationes, nec ab ingurgitatione desistet, etiam si quis tunc in faciem vel ceentes ogganniet illud Væ Esatarum, & Paulinum, nulum ebriosum hæredem fore vitæ æternæ: (c) In Conviviis omnibus nihil ultra necessitatem cuiquam porrigatur, nec tot peccatis & maledictionibus ex ebrietate & comotatione crebrâ profectis, onerabimur. Quoniam in Conviviis homines bene poti, dicatius loqui solent, aliosq; intemperantius profcindere, quæ res in rixas & jurgia erumpit. Gryphos & ænigmata veteres in Conviviis proponere consueverunt, securi exemplum Samsonis Judic. 14. Vide huc *Athenæum* l. 10. c. 17. (d) Ethnicismum licet exuerimus, tamen cum unus alteri poculum porrigit, incongruè potum his verbis consecramus: *Es g'lo einmahl/ meinen Dienst/ Glück werde.* Juvenes ad bibendum congregati magno boatu acclamant bibentibus, illud stupendum Runda, runda &c. Magnates bibituri, tormenta explodi curant. O DEUS in quæ nos reservasti tempora! (e) In nuptiis loco orbiculorum, quibus cibus imponi debebat, adhibent plurimi panis scissuras, dicitur *Almosen* dictas, quas olim pauperibus cum carne portigebant, nunc vix canibus easdem objicimus. (f) Malè ad mensam fistulantibus tibi cinibus pecuniam, quam iis elargimur, similæ s. pani tritico ingerimus, quem nummorum rubigine inquinatum, dein nemo comeder, nec in genuinum à DEO destinatum usum convertet. Nonne his depravatis moribus adigimus creaturas ad suspiria, contra nos? (g) Simulac quis ornatus titulo Doctoris vel Magistri, & destinatus est alicui certo officio, & sanctè coram facie DEI juravit se strictissimè observaturum illa, quæ sunt fidelis Rectoris Academici, Consulis, Senatoris urbei, ac quæ decent Doctorem, Magistrum & Seniore Collegii officium &c. ut totus contremiscat, singula verba præstiti juramenti cum apud se revolverit; tunc mulierculæ nostræ

mox.



mox adornant opiparum Convivium, & bibunt in summam usque noctem. Quâ comotatione nimiâ Sathan miseros hos juratos viros saepe excœcat, ne amplius memores sint sanctissimi promissio si præstito juramento dies aliquot his reliquerentur, ad piè & sobriè meditandum, quid DEO polliciti fuissent, radices altis juramentum ageret in ipsis, ac perpetuò ejus cum timore ac tremore recordarentur, nec tot perjuriam metuenda essent. (h) Quamdiu Pagani & Urbici Sacerdotes invitati, Conviviis ad comotandum institutis, se ingerunt, ac in summam noctem cum Rusticis & Parochialibus bibunt, actum est de reverentiâ hujus S. ordinis: meminisse deberent moniti *Pauli 1. Tim. 3.* Oportet Episcopum esse non vinosum. Et quis ignorat illud vulgatum: nimiam familiaritatem parere contemptum. *Socrates hist. Eccl. l. 6. c. 4.* commemorat, Chrysofostomum Episc. Antiochenum ab omni abstinuisse Convivio, ne se faceret nimis familiarem.

XV. *1. Tim. 3, 7* scribit Apostolus: Oportet futurum Episcopum bonum habere testimonium ab extraneis. Ubi tantâ innocentiam vult esse conspicuum Sacerdotem, ut ne gentes quidem habeant flagitium, quod jure objiciant. Quare *Elizæus Lampridius, in vita Alexandri Severi* notat, Christianos olim, si quando Sacerdotes ordinare voluissent, prius ipsorum nomina proposuisse palâm, hortatosq; populum, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus. Hodie verò, ob scandalosam quorundam Ministrorum vitam, malè audimus. Si absque Academico egregio testimonio neminem admitterent ad sacrum hoc munus Ecclesiarum Patroni; qui nunc magis ad privatum commodum, & amicorum intercessionem quàm maximè suspectas, attendunt, pl. fideles haberemus Oeconomos mysteriorum DEI. Hoc si obtinebimus, restituetur simul suus honor & reverentia Academiis, quo nunc plurimi non discendi gratia, sed solùm propter Penalissimum commigrant; Et Professoribus, ac Rev. Ministris Domini, quos Studiosi interim contemptim habent, quia absque horum commendatiris, per casus Obliquos, ut loquitur Lutherus, Cathedram Ecclesiasticam & Scholasticam occupare possunt.



sunt. Per totum Regnum Daniæ & Norwegiæ, nullus Scholæ ac Ecclesiæ præficitur, nisi prius Cleri & Professorum Hafniensium attestatum, & testimonium honestæ dimissionis exhibuerit. (2) Muhammetis Sacerdotes, gladium evaginatum inter concionandum producunt, ad insinuandum, ense quoque defendendum esse Muhametismum, ut observavit suis oculis *Sveigerus, in suo Itinerario Turcico*. Sanè qui penitus nostrorum Studioforum Theologorum habitum quotidianum introsperit, quando nimirum gladiis alligati incedunt, artem gladiatoriam in Academiis exercent, ac armati ad pedes Gamalielis & Sacerdotum se collocant, is iudicabit, religionem nostram non nisi Turcicè, his armis carnalibus, defendi debere, spiritualibus autem haud opus esse, quia illa obiter in scholis tractant. (3) Hi Sacerdotum filii, in Academiis Philosophiæ & Theol. controversæ se mancipant: In iis autem quæ ad Sacerdotale munus propriè spectant, non instruuntur, nec informari cupiunt. Sacerdotes declarati, obortâ levi nubeculâ, quò se vertant, nesciunt. Hic & alibi hebdomadatim conventus Sacerdotum adornantur, ad consultandum de rebus Ecclesiasticis. Patent semper fores Presbyterii omnibus Studiofis Theologiæ: eosq; Oeconomi mysteriorum Dei, visitaturi ægrotos, adhibeant. Ex tali n. praxi & institutione, plus commodi sentient, quàm ex lectione multorum librorum (4) Qvum olim Episcopi præ aliis Christianis, ad mortem & mille discrimina propter Christi nomen raperentur, essentq; Episcopatus neque honoribus illustres, neque opibus splendidi, sed laboribus & curis molesti, nulla erat in Ecclesia dignitatum ambitio. Postquam autem reddita pax est Ecclesiis, & opes unâ cum dignitatibus creverunt, quod olim recusabatur oblatum, jam ultro à filiis hujus seculi, contra omnes Canones, non ambitur modò, sed invaditur. Dum Paulus I. Tim. III. 1. scribit: Si quis Episcopatum desiderat, præclarum opus desiderat. Respicit difficultatem hujus muneris in primitiva Ecclesia, ubi erat Episcopatus proximus ad Martyrium gradus. Quare quoque Greg: Nazianzenus vix potuit persuaderi, ut Patri succederet in Ecclesia Nazianzenâ. &c.



XVI. Nullus est mortalium, cui non suum Dominus assignavit demensum, ad lucrandum quid Domino, vā illi, qui sudario illud involverit. Erudito viro nihil ab eruditione sua decedit, dum alios informat. Hinc svafore essem piis JCris, ut singuli hebdomadatim, per dimidium unius diei, miserabilibus personis, vel quibus coram iudice litigandum cum aliis, sana consilia suggererent, & libellos supplices absq; remuneratione mox adornarent. Proh! quantum lucrifacient. Job fuit pes claudicanti, & oculus cæcis. (2) Causidici conscientiosi facili negotio invicem lites partium amicè terminare possent, ne immortales fierent, si vellent; dum autem suis clientibus persvadent lites exoptatum eventum, odia de anno in annum procrastinantur, sæpè cum litigantium dispendio vitæ æternæ. Si spectentur, quæ plerumq; litibus solent accedere, animus exulceratus, vafra artes, sine fine ampliatio, impendia, avocatio à negotiis melioribus, odia denique; non dubium est, quin vir bonus & prudens, multo si posset libentius, sit iturus ad arbitrum, aut etiam quavis tolerabili pactione tot molestias redempturus. Non improbat Prætor (inquit Ulpianus) factum ejus, qui tanti habuit re carere, ne propter eam sæpius litigaret: Hæc enim verecundâ cogitatione ejus, qui lites exsecratur, non est vituperanda, juxta *H. Grotium in Annot. ad Matth. c. V. v. 40.* (3) Quotiescunq; homines ab invicem dissentire hostiliter incipiunt, toties simul Deum offendunt. Undè is non planè peccatum abolevit, qui Arbitrator fuit inter hostes & dissidia litigantium: nisi simul cum DEO per poenitentiam, in gratiam redigat hos contemptores præcepti ejus, de dilectione proximi. Quia verò pacificatores, hanc potissimam reconciliationis Christianæ partem intermittunt, nec reddunt Deo quæ sunt Dei, pax durabilis non est. (4) Quod cum venia Causidicorum dictum velim: pleriq; Germaniæ iudices sunt nudi Registratores Actorum, qui sententiam vix attentè trutinatam ab uno aliquo JCto extraneo, pro legitima venditant, ac mox publici juris faciunt: Advocati & Procuratores nunc dirigunt Processum, quascunq; hi dilationes, exceptiones, subterfugia quærunt, ipsi indulget Magistratus: Propterea ad Comitium Imperii



Imperii sæpè querelæ delatæ sunt. Et in nuperis comitijs Imperij Westphalicis his prolixis rixis modus præscriptus: verùm nec dum ad hos Recessus Imperii attendi à plurimis, acta foridititant. In Regno vicino, intra unius anni spacium, causæ gravissimæ terminari possunt, in his autem terris immortales fiunt, per glaucomata nummi cupidorum *πρωτότυπον*. Jac. Marchantius, his verbis, omnes propè illorum fallacias expressit, dum eos alloquitur: Vos ô Advocati, Procuratores, Notarii, Scribæ, Grafarii, addo & litigantes, vultis audire veritatem? Atramento vestro sæpè turbatis æquitatem, & atram facitis justitiam, quæ ex se candida est. Prava Consilia suggeritis, falsa instrumenta producitis, causas injustas defenditis. Absconditis scripturas, in audiendis testibus, ut dici solet, adjuvatis literam, interpretationes fraudulentas adinventis. Salaria ultra justum laborem extorqveteis. Parum vobis curæ est, modo laute vivatis, an pauperum id fiat iniquis expensis. Non solum lac., sed & sangvinem exsugitis: ideò causas, quas brevi poteratis finire, prolongatis, terminosq; super terminos à iudicibus exposcitis. A sententia deniq; iusta appellatis, ut expensas adjiciatis. Vos quoq; litigantes, justitiam vestræ causæ parum curatis, si modo collitigantem superetis & supplantetis. Male informatis iudices. Subornatis testes, instruitis eos, ut non aperiant, nisi quod vobis proficuum est. Hæc est veritas, appendite & attendite eam, quicumq; coràm Tribunalibus agitis contentiose. Hi seductores & Patroni iniquitatis, participabunt de morte secunda clientum. Quas iudiciorum corruptelas hujus ævi, deplorant J Cti. *Job. Oldend. & Nic. Vigel in seinem Richterbüchlein* item libro, dessen Titel etwa die Ursachen worumb die Richter in unsern L. Waterlande solchen Schäden zum öfftern angerichtet haben. (5) Si iudex secundum rectam conscientiam, non autem secundum nuda allegata & probata jus diceret, rectius justitia administraretur. Quamdiu verò Acta ad peregrinum iudicem mittimus, ut is inde solùm informatus, ferat sententiam definitivam, multi de illatâ injuriâ conqueri coguntur. Id ipsum mecum fatentur J Cti *Fr. Hotomannus q. illustr. q. 27. & Angelus de Clavissio sum. Ang. in verb. Jud. n. 7.* Quicquid etiam ogganniant *Didac. Corruvias*



*l. 1. var. ref. c. 1. n. 6. Alex. Siliaticus in pract. observ. cap. 23. n. 49.* suadendo, judicem juxta Acta & probata, contra conscientiam, quæ ipse ut privatus novit, sententiam ferre debere. Cujus opinionis assertores certè fuerunt iniqui illi Susannæ, Stephani imo & Crucifixi nostri judices; qui licet in conscientia convicti, reos innocentes esse, tamen unice secundum allegata & nuda probata, hos, propter defectum splendidorum testium, & processus juridici contemptū, malitiose condemnarunt. Potius parti imbecilliori, cui de est versutus Advocatus, mox succurrat judex conscientiosus, ut suadet Salomon *Prov. 31, 8.* Aperi ostium pro muto. Judica juste. Causam age pauperis & egentis. Has & similes judiciorum corruptelas, procul à foro esse jubeamus, si Deum volumus habere propitium nobis.

XVII. Omnes Graduati, Officiales, Cives, Studiosi varia præstiterunt juramenta, quorum accuratissimam observantiam, cum obtestatione sanctissima, solenniter promiserunt. Scio autem multos vix amplius recordari cum animo suo eorum, cum præsentissimo dispendio salutis æternæ. Vos jurati homines, singula quæ per vitam deposuistis juramenta Civica, Scholastica, cum certæ functioni destinati fuistis, vel quomodocunq; ea à vobis legitimus Magistratus requisiverit, parietibus domus vestræ verbore nus inscribite, ne excidant ex memoria vestra, & perjuri evadatis. Hæc enim domos magis quam stultæ picturæ exornant. Solet aliàs hæc stupenda incuria, in hora mortis affligere multos. Quid si illic locorum, ubi memoratu digna contingere unquam, mox figeremus monumenta? sicuti meminimus in V. T. à DEO mandatum fuisse Israëlítico populo; à commissis maleficatorum hominum absterrentur alii, ac memores forent diutius eorum, quæ fecerit Dominus in diebus nostris. Id ipsum si in perpetua fuisset observantia, vix conspicuus locus in hac Urbe & Provincia reperiretur, ubi non locata esset Crux, in commemorationem terræ, quæ sanguinem humanum hauserit, seu vestigium causæ memorabilis extiterit. Ex his & similibus discent securi magis timere Deum. Legite *Ezech. 6. 24.* & obtupescetis.

Hæc



Hæc & alia quam plurima arcent ab introitu multos,  
ne videant & amplectantur lucem cœlestem, doctrinæ  
Orthodoxæ, inter nos accensam. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.



## Apologia Authoris.

Quoniam, iuxta cum aliis, hætenus frustra con-  
questus sum publ. de suggestu, pl. ἡρώατα circa  
cultum publicum, in Ecclesiam hujus seculi se in-  
sinuasse; Et nulla fuit morum Emendatio sub-  
secuta: constituit tandem calamo, veluti penicillo, hos  
navos in chartam banc conjicere, si fortè Prasules Ec-  
clesiarum excitare possem, ad orandum Illustrissimos  
nostros, ut Synodum Provinciale[m] adornent, ubi  
hæc mea multorumq[ue] Pia Desideria examinari, & in  
Ecclesia commodam, authoritate publicâ, introduci  
possent. Imo calcar addidit mihi, hæc nupera pia voce  
Principis nostri clementissimi: hæud inutilem fore e-  
um laborem, per quem Christiani adiguntur ad pri-  
mævam pietatem Virorum Apostolicorum ample-  
ctendam; illasq[ue] Ceremonias omnium purissimas  
esse, quæ maxime accedunt ad exemplum primitivæ  
Ecclesie. Dum verò hæc mente pia revolveo, ani-  
mus præcægit mihi ad versa quæq[ue]. Multi me hinc



38

arrogantia, temeritatis & imprudentia accusabunt,  
& à M. reformatione dicent. Cum tamen nunquam  
in animum induxerim reformare Ecclesiam, sed ut  
subministrem occasionem Magistris Ceremoniarum  
Ecclesiasticarum meditandi de remediis, quae adhi-  
beri possint variis aetibus: utq; Theologi occasionem  
nanciscantur alicujus congregationis, ubi unio Colle-  
giorum, Facultatum Theologicarum & Ministeriorum  
janciri posset, ne tunica Christi inconsutilis in partes  
scindatur, sicut idem mecum DN. D. DORSCHENS,  
in Admirand. 7. C. septenarij praefatione exoptat.  
Scitote porrò me calamum huic scripto, absq; Consi-  
lio Virorum Dei, non adhibuisse; Plures enim ad-  
huc reperiuntur, qui suspirant Emendationem in die-  
bus nostris. Qui dicent, me his pagellis occasio-  
nem Pontificiis subministrare, ad conviciandum no-  
strates. Illi sciant, enormia crimina circa doctri-  
nam & mores apud ipsos reperiri, ex quibus tenebris  
nos Deus gratiose extraxit; eiciant illi prius trabem  
ex oculis suis, antequam videre jure possunt festucam  
in oculis nostris. Non nulli propterea me nova ali-  
cujus sectae auctorem proclamabunt: sed ij turpem  
suam allegabunt inscitiam. Quis enim pius igno-  
rat, Prophetas & Apostolos publicè allegare pl. pec-  
cata, quae grassabantur in populo DEI, in medio gen-

rium



tium habitante? Cui ignotum est Cyprianum in Epistolis, & Chryostomum tot homilias, expressisse turpitudines Christianorum suorum temporum, sine dolo & fraude? Introspicite post B. Lutherum, Erasmi Sarcerij amplum tractatum, de Disciplina Ecclesiastica restauranda. D. Job-Matthai Meyfarti, Christl. Erinnerung/ von den auff den Evangelischen Hohen Schulen in Teutschland eingeschlichenen Barbareyen. Sauberti Zucht-Büchlein. D. Völschovij, Aureum pietatis Seculū, eines Evangelischen Buß-Predigers: Cum Animo revoluite varias publicatas Ordinationes & Programmata publicis affixa. In quibus scriptis omnibus distincte satis vitia, quibus templa & Schola nostra inquinata sunt, orbi Christiano exponuntur, & me excusatum habebitis. Hos enim ego auctores habeo. Sed quid me defatigo. Scio veritatem odium parere. Quisquis autem errorem hic amicè ostenderit mihi, is mox dictis audientem me deprehendet.

Interim rogo vos omnes, ut perpetuò memores sitis illius  
S. Pauli.

I. Corinth. XIV.

Πάντα ἡμεῖς ὀνειδισμὸν ἡμεῶν.

Errata graphica corriget Lector Pius.





11

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



















